



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

39.525-B

Alt-



39525-B.

Ca. 54. e.

DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

DE

JURIS NATURALIS ET CIVILIS
DIFFERENTIIS.

2^UAM

ANNUENTE DEO TER. OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

D. JOHANNIS JACOBI RAU,
MEDICINÆ DOCTORIS EJUSQUE ET ANATOMIÆ
ET CHYRURGIÆ PROFESSORIS ORDINARIJ.

NEC NON

Amplissimi SENATUS Academici Consensu, & Nobilissima Facul-
tatis JURIDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,


Summisque in **UTROQUE JURE** Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Publico. & Solemni submittit Examine

LUCAS à SPRECKELSEN, Hamburgi:

Ad diem 12. Julii 1718. hora locoque solitis





DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
JURIS NATURALIS ET CIVILIS
DIFFERENTIIS.

Caput Primum.

De Statu hominis Naturali.

SECTIO I.

De Statu hominis in genere.



Juris Naturalis & Civilis differentias scrutaturum, status primo tum Naturalis tum Civilis naturam probe probeque expendere oportet: quoniam sicuti Jus Naturale à statu hominis Naturali, ita Civile jus à statu ejus Civili pendet; atque adeo penitior utriusque status consideratio, omnis quæ inter Jus Naturale & Civile intercedit convenientiæ & differentiæ principium est.

§. 2. Per statum in genere intelligo correlationem hominum, quatenus in certa cum aliis societate vivunt vel non vivunt, & hoc intuitu certa jura, certasve obligationes vel fortiuntur vel iis carent. Sic cum alius de Jure Civili dicatur status Libertatis, alius Civitatis, alius Familiæ; per statum Libertatis intelligunt correlationem hominum ex communi societatis jure resultantem, qua scilicet frui ipsis licet omnibus juribus, communi societatis lege ipsis competentibus; seu ut Florentinus loquitur, facultatem ejus quod cuique facere libeat nisi si quid vi aut jure prohibeatur, *l. 4. pr. D. de Stat. hom. §. 1. Inst. de Jur. Perf.* Cum e contrario servus ex societate liberorum hominum qua talium usque adeo exclusus sit, ut plane pro nullo vel pro mortuo habeatur, *l. 32. l. 209. de R. §. l. 32. §. 6. D. de Donat. int. vir. & uxor.* ut ne quidem caput, h. e. statum habere censeatur, §. 4. *§. de Cap. deminut.* & potestate herili subiectus facere in utilitatem domini teneatur quicquid hic velit, §. 1. *§. de his qui sui vel alien. jur. l. 4. §. 1. D. de Stat. hom.*

§. 3. Sic porro per Statum Civitatis intelligitur correlatio hominum, qua societatis cujusdam civilis seu reipublicæ membra sunt, ejusque adeo jure proprio utuntur, quo contra carent peregrini, §. 2. *§. de P. P. l. 17. §. 1. D. de Pæn. l. 1. §. 2. 4. D. de Legat. 3. l. 1. C. de hered. instit.* Pariter Status Familiæ est correlatio hominum quatenus in societate familiæ vivunt, & inde diversa potestatis sive subjectionis jura nanciscuntur. *l. 1. Inst. & D. de his qui sui vel alien. jur.* Quamvis autem ad dictas tres species Status vocabulum in Jure Civili fere restringatur, *pr. §. de Cap. deminut. l. f. D. de Cap. minut.* nihil tamen prohibet quo minus significationem ejus extendamus ad omnem hominis correlationem qua pro indole certæ societatis, in qua vivit vel non vivit, diversa jura nanciscitur, vel iis destituitur: Qua ratione status hominum generalissime in Naturalem & Civilem recte dispecitur.

§. 4. Per Statum Naturalem intelligo illum, qui in societate humana superest, si à Statu Civili abstrahamus, quique adeo ea jura easve obligationes complectitur, quæ demto omni Jure Civili remanent. Nec est quod existimemus, statum hunc Naturalem mere fictitium esse; quandoquidem status hic non fo

folum ante quam Civitatis conditæ funt & homines in focietatem aliquam civilem coierunt, re vera exiftit, fed etiam hodie- num inter gentes, tum etiam certo modo inter ipfos Cives feu fubditos, vere exiftit, uti in Capite ultimo §. fin. clarius demonftrabo.

S E C T I O II.

De Statu Naturali fecundum Hobbeſium.

§. 1. S Tatus Naturalis quatenus a nexu hominum civili Sabſtrahit, qualis fit aut fuerit, magna animi contentionem inter ſummos viros diſputatum fuit. Thomas Hobbeſius Anglus Statum Naturalem non alium eſſe aſſeruit, quam ſtatum belli omnium contra omnes, *de Cive, cap. 1. §. 1-12. Leviath. cap. 13. 14.* eamque ſententiam ſequente firmare demonſtratione anniſus eſt. Primo principii loco ſupponit, omnes homines ætate maturos natura inter ſe viribus eſſe æquales: quamvis enim quis, viribus fidens, ſuperiorem ſe aliis factum putet a natura; facile tamen eſſe infirmiſſimo cuique, ex inſidiis vel conſpiratione inita robuſtiorẽ occidere, quo factõ omnis ejus vis, robur & ſapientia ſimul corruat. Cum itaque inquit, æquales ſint, qui æqualia contra ſe invicem poſſunt & qui maxima poſſunt, nimirum occidere, æqualia poſſint; ſequitur, omnes homines natura inter ſe eſſe æquales, *de Civ. cap. 1. §. 3.*

§. 2. Pergit, voluntatem lædendi pariter omnibus hominibus æqualiter inefſe in ſtatu naturæ; partim cum maximum fit inter homines ingeniorum certamen: ex quo maximæ neceſſario oriantur diſcordiæ; partim quod multi ſimul eandem rem appetant, qua tamen ſæpiſſime neque frui communiter nec eam dividere poſſunt; Indeque ſequi, fortiorem eam rem eſſe dandam, quis autem fortior fit, punga judicandum eſſe *ibid. §. 4. 5. 6.*

§. 3. Ex hac igitur tum naturali hominum æqualitate, tum mutua lædendi voluntate, neceſſario ſequi aſſerit Hobbeſius, metu mutuo res humanas in Statu Naturali perpetuo agitari,

ibid. §. 3. Unde communem omnibus hominibus finem, quem rectè suggerat ratio, esse ait, ut in tantis mutui metus motibus, in tantis periculis, quilibet sibi caveat: Atque adeo primum Juris Naturalis fundamentum esse, ut quisque vitam & membra sua, quantum potest, tueatur, *ibid.* §. 7. Porro cum eadem rectè ratio, quæ jus ad finem unicuique homini concedat, jus etiam ad media necessaria eidem largiatur; inde ulterius sequi existimat, cum unusquisque se conservandi jus habeat, ut unusquisque jus etiam habeat utendi omnibus mediis & agendi omnem actionem, sine qua conservare se non potest *ibid.* §. 8.

§. 4. Cum itaque, ex mente Hobbessii, justitia mediorum ex sola aptitudine ad finem conservationis propriæ æstimanda sit, nec quisquam in statu naturalis illius æquilitatis altero sit superior: in se consequi asserit, neminem in statu naturali alterius esse judicem, sed unumquemque libere de jure suo statuere: naturam ergo unicuique dedisse jus in omnia, & antequam homines ullis pactis se invicem obstrinxissent, unicuique licuisse facere quæcunque & in quoscunque libuerit, possidere, uti frui omnibus quæ voluerit & potuerit. Jam si jus omnium in omnia conferas cum supra dictæ hominum proclivitate ad se ipsum mutuo lacesendum, & adeo cogites, eodem jure omnium in omnia, quo alter juste invadit, alterum juste resistere; negari non posse infert Hobbessius, quin Status hominum naturalis, antequam in societates coiretur, Bellum fuerit; neque hoc simpliciter, sed Bellum omnium in omnes. *ibid.* §. 9. 10. & 12.

§. 5. Cumque hac ratione, antequam a Statu naturali homines recederent, nulla facultas injuriæ cuiquam faciendæ fuerit, eo quod solius facientis judicio id, quod fit, jure fieri l. injuria dici possit: inde inferre pergit Hobbessius, quicquid quis fecerit in Statu mere naturali, injurium nemini esse posse; Injustitiam enim erga homines esse: ex legibus humanis, quales in Statu naturali nullæ sint; Quid in cive furtum, quid homicidium quid adulterium, quid denique injuria appellandum sit, id non naturali, sed civili lege determinandum esse. Quod si quis ad sui ipsius conservationem & utilitatem pertinere prætendat, quod ne ipse quidem pertinere putet, tum demum peccare cum contra leges naturales posse. *ibid.* §. 10. in *Not. it. cap.* 6. §. 16. §. 6.

§. 6. Verum enim vero cum secundum §. 3. primum Juris Naturalis fundamentum sit, ut quisque vitam ex membra sua, quantum potest, tueatur; sempiternum autem bellum omnium contra omnes, parum idonea res sit ad conservationem vel humani generis, l. uniuscujusque hominis, usque adeo, ut qui in eo Statu Naturali manendum esse censuerit, in quo omnia in omnes liceant omnibus sibimet ipsi contradicat: Inde tandem sequi existimat Hobbesius, necesse esse, ut mutuo metu e tali statu exeundum, & quærendos socios putemus; ut si bellum habendum sit, non sit tamen contra omnes, nec sine auxiliis, *cap. 1. §. 13. seqq.* Et sic ergo tandem homines, metu impulsos, in societates coivisse statuit, cum antea omnes ad societatem inepti nati sint: Ad societatem enim hominem non natura aptum, sed disciplina factum esse, permultos etiam, & fortasse plurimos vel morbo animi, vel defectu disciplinæ, per omnem vitam ineptos ad societatem manere: adeoque statuendum esse, originem magnarum & diuturnarum societatum a mutuo demum metu, non a mutua hominum benevolentia extitisse; erroremque illum, quo maxima Philosophorum pars vel supponat, vel petat, vel postulet, hominem esse animal aptum natum ad societatem, quod Græci ζῷον πολιτικὸν dicant, a nimis levi naturæ humanæ contemplatione profectum esse *ibid §. 2. & in Not.*

§. 7. Ex his tandem Hobbesius leges naturales circa societatem humanam, seu, uti alii loqui amant, leges status Socialis, qui impellente metu ad conservationem & utilitatem cujusvis privatam per hæcenus dicta introductus censetur, deducit: Et per legem naturalem intelligit dictamen rectæ rationis circa ea, quæ agenda vel omittenda sint, ad vitæ membrorumque conservationem, quantum fieri possit, diuturnam. Per rectam autem rationem in statu hominum Naturali intelligere se ait, non ut multi, facultatem infallibilem, sed ratiocinandi actum, id est, ratiocinationem uniuscujusque propriam, & veram circa rationes suas, quæ in utilitatem & damnum cæterorum hominum redundare possint.

§. 8. Etenim extra civitatem, ubi rectam rationem a falsa dignoscere, nisi comparatione facta cum sua, nemo possit, suam cujusque rationem

nem non modo pro regula actionum propriarum, quæ proprio ipsius periculo fiant, sed etiam in rebus, quæ ipsius utilitatem concernant, pro rationis alienæ mensura censendam esse perhibet. Veram tamen eandem esse debere innuit, ex veris principiis recte compositis concludentem, propterea quod in ratiocinatione falsa, sive in stultitia hominum, officia sua erga cæteros homines, ad conservationem propriam necessaria, non videntium omnis consistat legem naturalium violatio. Ea autem rectæ ratiocinationis principia esse illa ipsa censet de bello omnium in omnes, & de defensione propriæ vitæ propriorumque membrorum *Ibid. Cap. 2. §. 1. & in Not.*

§. 9. Ipsæ vero leges Naturales potiores seu primariæ, quas ex his suis principiis deducit Hobbesius, hæc sunt; 1. Quærendam esse pacem ubi haberi potest, ubi non potest, quærendam esse belli auxilia: 2. Ius omnium in omnia retinendum non esse, sed jura quædam transferenda vel relinquenda esse: 3. Pactis standum esse; 4. Unumquemque se cæteris commodum præstare teneri &c.: Quibus tamen subjungit, leges naturæ proprie & accurate loquendo leges non esse, quatenus a natura procedant; esse enim eas nihil aliud quam conclusiones quasdam, ratione intellectas, de agendis vel omittendis; legem autem proprie dictam esse orationem ejus, qui aliquid fieri vel non fieri aliis jure imperet. Eo autem demum respectu leges Naturæ adductas, leges propriissime appellari posse, quatenus eadem in scripturis sacris a Deo latæ sint de *Civ. cap. 2. & 3.*

§. 10. Denique ex his Status Naturalis principiis originem Status Civilis ita deducit Hobbesius, ut dicat, Leges Naturales in se non sufficere ad pacis conservationem, quoniam ipsarum cognitio nemini securitatem præstet ipsas observandi: Proinde quam diu cautio ab invasione aliorum non habeatur, unicuique, manere jus primævum cavendi sibi quibuscunque modis voluerit & potuerit, hoc est, jus in omnia, sive jus belli; & sufficere ad impletionem legis naturalis, ut quis paratus animo sit ad pacem habendam, ubi haberi possit *De Civ. c. 5. §. 1.*

§. 11. Ergo cum ad pacem & societatem habendam necessaria sit securitas, ad hanc autem obtinendam aliud medium excogitari nequeat, præterquam ut unusquisque auxilia idonea sibi

bi comparet, quibus invasio alterius in alterum adeo periculosa reddatur, ut latius sibi esse uterque putet, manus cohibere, quam conferere: Manifestum esse ait, securitatem vivendi secundum leges naturæ unice in concordia (hoc est consociatione) positam esse, & quidem multorum hominum, quandoquidem numerus eorum, qui in mutuam opem conspirent, tantus esse debeat, ut paucorum hominum ad hostes accessio non sit ipsis conspicui momenti ad victoriam. *Ibid* §. 3.

§. 12. Sed & hanc ipsam concordiam, seu associationem, non satis constantem esse asserit ad pacem diuturnam, nec quicquam effecturum iri, si unusquisque suo modo suis viribus utatur; propterea quod sic facile distracti sententiis, æmulatione & invidia sibi invicem infesti, vel saltem impedimento futuri sint homines coeuntes, nisi communi aliquo metu coercantur, *Ibid* §. 4. Ergo ad pacem inter homines conservandam, Unionem requiri concludit, quæ in eo consistat, ut una omnium sit voluntas circa ea, quæ ad defensionem & ad conservationem pacis requirantur: Hoc autem fieri non posse, nisi unusquisque voluntatem suam unius hominis aut concilii voluntati ita submitterit, ut pro voluntate omnium habendum sit, quicquid ille homo aut illud concilium voluerit. Ipsam illam Unionem vocat Civitatem per quam adeo intelligit personam moralem, cujus voluntas ex pactis plurimum hominum, pro voluntate habenda sit ipsorum omnium; ut singulorum viribus & facultatibus uti possit ad pacem & defensionem communem. *Ibid* §. 6. 7. 8. 9.

SECTIO III.

Judicium de his Hobbesii Principiis.

§. 1. **SI** Hobbesius, Status Civilis indolem in libro de Cive delineaturus, summam saltem hujus Status necessitatem per adductam in præcedente sectione demonstrationem adstare intendisset, ita nempe, ut si quis hanc necessitatem in dubium vocare auderet, a posteriori (quod ajunt) demonstrare voluisset, fore, ut si Satus Civilis abesset, bellum omnium contra omnes,

B

&

& hinc omne miseriarum genus in tanta mortalium corruptione ipsis immineret; neminem fore crediderim, qui Hobbesio contradiceret. At sic dicere non debebat, statum Naturalem, antequam in Civitates coirent homines, revera fuisse statum belli omnium contra omnes: quemadmodum si quis ad demonstrandum officium educandi liberos, inferret, fore ut si parentes liberos recens natos occiderent, genus humanum brevi corrueret, statuere ideo non debet, homines revera ab initio infantes trucidasse, & ita genus humanum propemodum extinxisse, deinde vero; ubi imminentem speciei suæ interitum tandem viderint, postliminio demum ad officium educationis rediisse.

§. 2. Ut autem pateat, quam male Hobbesius Juri Naturali in delincando statu Naturali consuluerit, perpendendum est, ad hoc unum maxime omnem hujus Philosphi doctrinam collimare, quod hominem in Statu Naturali omni societatis vinculo solutum, imo ad societatem plane penitus ineptum natum esse contendat, quodque adeo ante Civitates exortas homines vere vitam sine societate aliquantisper egisse, idque summo jure, existimet. Etenim quod non per modum fictæ saltem hypothesos bellum omnium contra omnes in Statu Naturali Hobbesius supponat, prout non nullis visum est, inde maxime patet, quod ipse diserte asserat status illius existentiam sub initium generis humani, Caini & Abelis exemplum ex Scriptura Sacra eo sine adducens: Cui subiungit, si vel maxime tempus nunquam fuerit, in quo unusquisque uniuscujusque hostis fuerit; Reges tamen & personas summam habentes potestatem omni tempore hostes inter se esse, *Leviath. Cap. 13.* Et alio loco: Statum Civitatum seu Rerumpublicarum hodiernum Naturalem, id est, hostilem esse, neque si pugnare cessent, idcirco pacem dicendam esse, sed respirationem, in qua hostis alter alterius motum vultumque observans, securitatem suam non ex pactis, sed ex viribus & consiliis adversarii æstimet, *de Cive, Cap. 13.*

§. 7.

§. 3. Jam ut appareat, ista omnia falsissime ab Hobbesio dicta esse, demonstrationem ejus precedente sectione allatam paucis age examinemus. Initio dicit, omnes homines ætate maturos naturâ viribus esse æquales. Primo animadverto, hanc pro-

po-

positionem non omni exceptione esse majorem. Et si enim hoc Hobbesius ex eo probet, quod vel infirmissimus quisque ex insidiis vel conspiratione inita occidere possit robustiorem: Nemo tamen, credo, negabit, unum hominem altero facilius id posse, prout nempe plus roboris habeat & calliditatis ad decipiendum & ad conspirationes incundas. Ergo non omnes homines ætate maturi viribus inter se omnimodo æquales censendi sunt. Secundo scrupulum injicere potest, quod saltem de hominibus ætate maturis loquatur Hobbesius: Quid enim? Status hominum naturalis nonne omnium hominum attributum est? Infantes, pueri & puellæ nonne homines sunt? Cur ad demonstrandum Jus Naturæ, quod docente Hobbesio ex natura humana eruendum est, (*de Cive, cap. 1. §. 1.*) principium seu axioma supponitur, quod saltem ad adultos quadrat? In quonam ergo statu homines ætate nondum maturi tunc vixerunt cum Status Naturalis inter homines esset? Et nonne adeo æqualitas virium tam falso, quam inadæquate, tanquam Principium Status Naturalis supponitur?

§. 4. Altera Hobbesii propositio est: Voluntatem lædendi pariter omnibus hominibus æqualiter inesse, partim propter ingeniorum diversitatem, partim quod multi simul eandem rem appetant. Ubi moneo, Statum hominum naturalem duplici modo considerari posse, nempe qualis vel fuerit sub initium generis humani, antequam civitates conderentur, vel qualis hodiernum (v. g. inter Principes) existat. Priori modo si consideretur, non omnino admitti potest, voluntatem lædendi statim ab initio omnes homines æqualiter incessisse. Nam cum lædendi lubido sit habitus voluntatis; quem Deus menti humanæ ab initio concreasse nulla ratione credi potest, sed qui potius, perinde uti cæteri habitus, per crebrum usum acquisitus postea demum crescente indies corruptione humana supervenit, & nunc velut macula genitiva propagatur: sequitur, facultatem quidem seu potentiam se invicem lædendi in primis hominibus fuisse, non autem voluntatem seu habitum, qui postea demum una cum aliis viciosus habitibus acquisitus fuit. Etenim non sola scriptura, sed & ipsa ratio sibi relicta, existentiam status cujusdam Integritatis, aut innocentiae inter primos homines,

nes, haud obscure commonstrat, ex eo, quod uti dictum nullus habitus moralis hominibus intelligatur concreatus, atque adeo si ab omni habitu qui postea supervenit, abstrahamus, solæ in Statu Naturali remaneant facultates naturales, in se innocentes, de quarum demum in actum deducendarum norma quaeritur.

§. 5. Quemadmodum itaque exinde patet, Statum Naturalem primorum hominum non satis accurate ex natura hominum corrupta, quæ nunc est, derivari: Ita idem adhuc longe clarius historia de primis generis humani initiis confirmat. Etenim cum totum genus humanum ex una familia ortum suum traxerit, quæ ab initio paucorum membrorum numero contincbatur: sane inter primos illos homines status infiniti hujusmodi belli concipi nullo modo potest, si consideremus, Adamum atque Evam amore conjugali, horumque liberis ac nepotes, amore filiali ac paterno reciproco, in amicam statim societatem naturali quadam necessitate coaluisse. *vid. Pufend. §. N. & G. lib. 11. cap. 2. §. 7.* Neque huic sententiæ obstat exemplum Caini fratricidæ, a Hobbesio nobis objectum: Nemo enim negabit, amicam primorum hominum societatem à sceleratis ex putidis membris turbari potuisse; Ast hinc non sequitur, primorum hominum statum hostilem fuisse, non socialem: quemadmodum hodiernum status, in quo vivimus, Civilis, furtis, cæde-adulteriis, aliisque scelestorum hominum facinoribus subinde turbatur, nec quisquam tamen inferre inde volet, Statum nostrarum Rerumpublicarum non Civilem, sed ex mente Hobbesii naturalem esse.

§. 6. Itaque si vel maxime paganis quibusdam Philosophis id condonemus, quod homines Statim ab initio, ante Civitates ortas, mutuis bellis sibi invicem infestos finxerint; quandoquidem uti refert Lucretius & Diodorus Siculus, ab initio ingentem hominum numerum, sibi invicem ignotorum, ad instar ranarum calore solis obstetricante è terra simul & semel prodiisse crediderunt; *Unde Horatius Sermon. lib. 1. Satyr. 3. ita canit.*

*Quum prorepfissent primis animalia terris,
Mutum ex turpe pecus, glandem atque cubilia propter*

Un-

*Unguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus:
Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
Nominaque invenere: De hinc abstinere bello,
Oppida cæperunt munire, & condere leges,
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter*

Ab Hobbessio tamen, melius hac de re ex historia sacra edo-
cto, omnium minime expectandum erat, ut antiquas illas fa-
bulas ex tenebris Ethnicismi revocaret. Quamvis enim mutu-
am hominum in Statu Naturali se invicem lædendi libidinem
probet ex ingeniorum dissimilitudine, & quod plures subinde
eandem rem appetant: illud tamen solum ex istis rationibus se-
quitur, quod mutua inimicitia, seu lædendi voluntas interdum
oriri inde potuerit, non quod unquam inter omnes homines con-
tra omnes fuerit orta, quodque status naturalis primorum ho-
minum vere fuerit bellum. Sane enim non adeo parce homi-
nibus Natura prospexit, quin immensus, qui nunc est, homi-
num numerus, nedum exigua, eaque amica, primorum homi-
num societas, ex tot tantisque tanti terrarum orbis proventi-
bus ali sine conflictu bellico commodissime potuerit, & etiam-
num possit. *Vid. & infra §. 13.*

§. 7. Deinde si consideremus Statum hominum Naturalem,
prout nunc est, largiamur licet Hobbessio, voluntatem lædendi
in hoc corruptionis Statu omnibus hominibus æqualiter inesse:
ea tamen voluntas, facti solum non juris esse rectius conside-
ranti apparebit; & male adeo Hobbessius ex facto jus, nempe ex
libidinibus hominum, quibus ad mutuas inimicitias feruntur,
& ex æqualitate virium libidinibus istis inserviente, jura Sta-
tus Naturalis, jus scilicet infiniti omnium contra omnes belli
infert. Sane enim Natura humana ex qua jura Status Natu-
ralis eruenda sunt, non quærenda est in certis quibusdam cupi-
ditatibus, ad quas ex post facto homines in propriam pernici-
em desciverunt, quæve cum mere accidentales sint, essentiam
seu naturam hominis minime constituunt, sed in facultatibus
essentialibus, homini qua tali concessis, quæ procul dubio ad Ra-
tionem unice collimant omnes.

§. 8. Ergo si Statum Naturalem, seu Jus Naturæ brutorum, vel plane rerum inanimatarum, deducere quis velit, ex solis utique cujuscvis viribus deducere id recte potest; utut sic valde catachrestice Juris vocabulum usurpetur. At si cognoscere velis Statum Naturalem hominis, ejusque jura, absurdum sane est, ad solas illas vires quæ homini cum brutis communes sunt, respicere, nec attendere ad naturam homini propriam, quæ in Ratione consistit. Utut enim in delineando statu hominis Naturali ab institutis Civitatum recte abstrahamus: non tamen eousque abstrahendo procedere debemus, ut & ipsa rectæ Rationis dictamina a Statu hominum Naturali rescindamus, cum in hoc Statu, sublata omni Civitate, sola maxime supersit Ratio; hac autem & ipsa sublata, Status Naturalis non hominum supersit, sed bestiarum.

§. 9. Jam si Hobbesium audiamus, eum in hoc consentientem habemus, quod Ratio, saltem uniuscujusque propria sit norma ejus, quod in statu Naturali justum sit, *vid. sect. precedent. §. 7.* 8. At idem diserte fatetur, quod bellum omnium contra omnes sit res rectæ rationi contraria, adeo, ut homo secundum rectæ Rationis dictamen ad conservationem sui adspirans, si in statu belli permanendum esse censuerit, sibi ipsi contradicat, *vid. ibid. §. 6.* Qui ergo dicere potest Hobbesius, statum hominis Naturalem consistere in jure belli omnium contra omnes? & numquid recte ex mutua lædendi libidine, quæ per dicta pariter contra Rationem est, lædendi jus in statu Naturali concludere potest?

§. 10. Audiamus enim jam reliquam ejus ratiocinationem, ex duplici hoc axiomate, altero de virium æqualitate, altero de mutua & pariter æquali hominum se invicem lædendi voluntate deductam. Dicit, ex illa virium æqualitate, naturalique hominum inimicitia sequi metum mutuum. Hunc suggerere primam hanc Juris Naturalis regulam, ut quisque vitam & membra, quantum possit tueatur: Ex hac iterum sequi hanc alteram, quemlibet habere jus utendi omnibus mediis, ad finem conservationis sui facientibus: cumque in illa naturali hominum æqualitate nemo altero sit superior, unumquemque de justitia illorum mediorum; hoc est, de aptitudine illorum ad finem

nem conservationis propriæ, libere statuere. Hæc consecraria omnia utique ita sequi, demus tantisper Hobbesio.

§. 11. At quod jam porro ex his necit ultimum ratiocinium, ad quod tota ejus demonstratio tanquam ad scopum principalem collimat, crassus sane Paralogismus esse videtur, quando nempe concludit: Naturam ergo unicuique dedisse jus in omnia, & antequam homines pactis se sibi invicem obstrinxissent, unicuique licuisse facere quæcunque & in quoscunque voluerit, & habere omnia, quæ voluerit & potuerit: uno verbo: statum itaque hominum Naturalem esse bellum omnium contra omnes. Præmissarum enim catenam quæso denuo cogita: Homines natura viribus æquales sunt: Iisdem voluntas lædendi pariter natura inest: Hinc oritur metus mutuus: Rectæ ergo Rationi conveniens est, ut quilibet in tantis periculis se conservare & protegere studeat: Hinc pariter habet jus ad omnia media eo pertinentia: Et de horum justitia, cum superiorem non habeat, merito proprium judicium sequitur. Jam judica, quid hinc tandem concludendam sit: Evidens est: solam defensionis justitiam in statu Naturali Hobbesium hætenus demonstrasse, quam concedo: Qui vero ita inferre potest noster: Ergo Natura unicuique dedit jus in omnia, ita, ut in statu Naturali cuilibet facere liceat quicquid contra quoscunque facere voluerit, *De Civ. cap. 1. §. 10.* status itaque Naturalis est bellum omnium contra omnes, eodemque jure, quo alter juste resistit, alter etiam juste invadit, *ibid. §. 12.* Quicquid quis faciat in Statu Naturali, injurium nemini esse potest: Furti, adulterii, homicidii, in Statu Naturali crimen nullum est, *ibid. §. 10. in not.* Hæc sane conclusiones omnes non solam defensionis omnium contra omnes, sed & cujuscunque invasionis justitiam, invitis præmissis, prædicant adstruuntque.

§. 12. Illud etiam monendum merito est: Hobbesium in alata conclusionum catena demonstrare vel maxime debuisse, quomodo metus, ex æqualitate virium & libidine lædendi mutua oriundus, præter affectum se conservandi etiam jus producere queat. Nam quando adjicit, juris nomine nihil aliud significari, quam libertatem quam quis habeat, facultatibus naturalibus secundum Rectam Rationem utendi *De Civ. cap. 1.*

§. 7.

§. 7. non apparet quomodo libertas facultatibus naturalibus solum secundum rectam Rationem utendi, ex metu principii loco supposito, inferri queat, & quidni libertas etiam contra Rationem aliquid faciendi juris nomine venire perinde debeat, si idem metus, ex æqualitate virium & lædendi voluntate perspecta oriens, ad tale quid impellat. Nempe Hobbesius eo ipso, quod ad rectam Rationem sero & in Conclusionibus demum recurrit, Axiomata sua de virium æqualitate, mutuaque lædendi voluntate, vagus deserit; nec id sine palpabili contradictione, cum demonstrare intendat, jus status Naturalis consistere in bello omnium contra omnes; jus autem esse libertatem agendi secundum rectam Rationem; & nihilominus, quod merito mireris, fateatur, bellum omnium in omnes rectæ Rationi contradicere, ut §. 9. fuit ostensum. Longe melius sua connectit, & magis cordate mentem suam aperit B. Spinoza, in effectu idem cum nostro sentiens, quando ait: Jus Naturale uniuscujusque hominis non sana Ratione, sed cupiditate & potentia determinatur. Ex quo sequitur, jus & institutum Naturæ, sub quo omnes nascuntur, & maxima ex parte vivunt, nihil nisi quod nemo cupit, & quod nemo potest, prohibere; non contentiones, non odia, non iram, non dolos, nec absolute aliquid, quod appetitus suadet, averfari. *Tract. Theol. Polit. cap. 16.*

§. 13. Equidem jus belli in statu hominum Naturali non penitus abfuisse largior; In sequentibus enim demonstrabo, bellum utique fuisse & esse etiamnum, inter Principes & illos qui habent summum imperium, naturale remedium coactivum, idque subsidiarium, ad sibi asserendum jus perfectum; in cujus locum in statu Civili successerunt lites judiciales: At ideo æque minus status hominum Naturalis in bello omnium contra omnes consistere censendus est, ac status Civilis natura in infinitis litibus judicialibus omnium contra omnes consistere dici potest. Proinde si Hobbesius statuisset quod in Statu Naturali quilibet contra quemlibet, in subsidium saltem, jus suum bello potuerit, persequi, bene esset: Ast sic ipsum illud jus, quod per bellum violenter vindicare cuivis licebat, aliunde demonstrare debebat; nec in bello, citra respectum ad perfe-

cu-

cutionem juris cujusdam denegati, quod. ante bellum ^{aderat,} jus aliquod poni recte poterat. Plura contra Hobbesium disputata vide apud *Pufendorf. de J. N. & G. lib. 2. cap. 2. §. 6. seqq. cap. 3. §. 16. item Huber. de Jure Civit. cap. 3. & 4.*

S E C T I O I V.

Rectior Status Hominum Naturalis Demonstratio.

Supra asserui, Statum hominis Naturalem esse eum, qui dempto omni Civitatis jure remanet. Hujus naturam indagaturus primo consideret, si vel maxime ab omnibus Civitatum institutis abstrahamus, non tamen ideo nullam amplius actionum humanarum superesse normam, ita, ut tacente legislatore Civili promiscua & indefinita licentia sit patrandi quicquid quis voluerit & potuerit. Quodsi enim vel maxime homo desinat esse Civis, non tamen ideo desinit esse homo: Adeoque quantumvis altera actionum humanarum norma, nempe Lex Civilis abesse concipiatur, superest tamen dictamen Rationis, per quam homines sumus. Unde Status hominum Naturalis, & Status Humanitatis, vere unus idemque status est.

Illud quidem heic maxime à dissentientibus objicitur, quod cum natura humana in mente consistat, mentis autem natura præter intellectum etiam voluntatem involvat, diversis cupiditatibus se exerentem; ideo non recte sola Ratio actionum humanarum norma in Statu Naturali ponatur, quodque æquales saltem partes heic tenere debeant Affectus: quandoquidem uti dictum, Voluntas ejusque Appetitus æque ad naturam humanam pertinere videtur, ac Ratio ejusque dictamina. Unde ita Spinoza *in Tract. Theol. Polit. cap. 16.* Per Jus Naturæ: nihil aliud intelligo, quam regulas Naturæ uniuscujusque individui, secundum quas unumquodque naturaliter determinatum concipimus ad certo modo existendum & operandum. Nam certum est, Naturam absolute consideratam jus summum habere ad omnia quæ potest, hoc est, Naturæ jus eo usque se extendere, quousque ejus potentia se extendit: sed quia universalis

C

po-

potentia totius naturæ nihil est præter potentiam omnium individuorum simul, hinc sequitur, unumquodque individuum jus summum habere ad omnia quæ potest: Nec heic ullam agnoscimus differentiam inter homines & reliqua Naturæ individua, neque inter homines ratione præditos, & alios qui veram rationem ignorant, neque inter fatuos, delirantes & sanos. Quare inter homines quamdiu sub imperio solius Naturæ vivere considerantur, tam ille qui Rationem nondum novit, vel qui virtutis habitum nondum habet, ex solis legibus Appetitus summo jure vivit, quam ille qui ex legibus Rationis vitam suam dirigit: Hoc est, sicut sapiens jus summum habet ad omnia quæ Ratio dicitur, sive ex legibus Rationis vivendi; sic etiam ignarus & animi impotens summum jus habet ad omnia quæ Appetitus suadet, sive ex legibus Appetitus vivendi.

§. 3. Hunc nodum ut extricemus erroremque Spinozæ producimus in apricum, considerandum est, Voluntatem humanam sese exferere per actiones morales, vel si mavis, per Appetitus seu Affectus: Certum autem est, omnes actiones hominum morales, omnes Affectus, fieri secundum ideas; tendunt enim omnes ad certum finem, electione atque apprehensione mediæ consequendum; & finis, mediæque ad illum relationi volenti non nisi per ideas judicii atque Intellectus observari potest. Ergo necessario sequitur, omnem actionem hominum moralem fieri ad normam Intellectus, & Rationem itaque, secundum ordinem Naturæ, Voluntatis normam esse. Ad quodcunque enim feratur Voluntas seu Appetitus hominum, ad id tanquam bonum fertur; & quicquid averfetur, tanquam malum averfatur: Boni autem & Mali solius Intellectus judicium est: Cumque sic Appetitus sit ipsa interna mentis volentis actio, de cujus norma quæritur; siquidem uti dictum, voluntatis citra Intellectum, nullum de finium mediæque bonitate aut malitate judicium est: patet, Voluntatem seu Appetitum, sine Ratione, normam actionum humanarum haberi sine magna absurditate haud posse.

§. 4. Atque adeo error Spinozæ in eo versatur, quod principii loco supponat, per Jus Naturæ intelligi debere regulas naturæ cujusvis individui, secundum quas unumquodque naturaliter

liter determinatum concipitur ad certo modo existendum & operandum. Hæc enim definitio ad naturam hominum moralem plane non quadrat, siquidem voluntas humana neutiquam naturaliter determinata est ad certo modo necessario existendum & operandum, sicut entia anima & ratione carentia, de quibus sane solis dicta definitio valet. Potest enim per naturam Voluntas humana quamlibet actionem, ad quam vel maximo appetitu fertur, vel agere vel omittere, quantumvis ægre interdum alterutrum fiat. Adeoque quando quæritur, utrum sit eligendum? frustra secundum definitionem allatam respondeatur, illud eligendum esse, ad quod homo naturaliter determinatus est; Ad neutrum enim necessario & præcise determinatus est, quia æque naturaliter utrumque potest. Utrum autem eligatur, rectius procul dubio decedit Ratio, per ea quæ §. præcedente dixi.

§. 5. Manifestum itaque est, primam & summam recte agendi regulam in Statu hominum Naturali esse Rationem, eamque rectam, quandoquidem si quid agendum esse vel omittendum falso concludat Ratio corrupta, id æque minus juste actum vel omissum dici potest, quam si quid falsi pro vero habeat eadem Ratio corrupta, verum illud re ipsa existimari potest. Eadem enim hoc intuitu veri & justii ratio est, ideo quod conceptus justii conceptum veri essentialiter involvit. Proinde male dicit Spinoza: Nullam circa id, quod naturaliter justum prædicari debeat, agnoscendam esse differentiam inter homines Ratione præditos, & alios qui veram Rationem ignorent, neque inter fatuos, delirantes & sanos: sicut sapiens jus summum habeat ex legibus Rationis vivendi; sic etiam ignarum & animi impotentem summum jus habere ex legibus Appetitus vivendi. Quemadmodum enim nec ipse Spinoza facile dixerit, in agnoscendo vero nullam inter sapientem & fatuum esse differentiam, adeo, ut verum sit id, ad quod credendum sua utrumque determinet sapientia vel stultitia: Ita sane non minus absonum est, dicere in agnoscendo justo pariter nullam differentiam esse inter hominem sapientem & fatuum, justumque esse id, ad quod faciendum vel omittendum sua quemlibet determinet vel sapientia vel stultitia.

§. 6. Ex hac prima status Naturalis regula, quod nempe norma actionum humanarum sit recta Ratio, hoc statim Corollarium procedit, quod itaque norma actionum nostrarum, omniaque quæ inde resultant recte agendi dictamina, sint Lex Divina. Nempe quoniam actionum nostrarum norma est Ratio, Rationis autem conditor Deus est; necessario sequitur, quod norma illa actionum nostrarum verè divina sit. Cum ergo lex in genere nihil aliud sit, quam propositio moralis, necessitatem vel licentiam agendi ex voluntate superioris involvens; propositiones autem illæ morales, in Statu Naturali à recta Ratione dictatæ, ut & agnita earum necessitas aut licentia, per ea quæ modo dixi, à Deo sint, quem Ratio agnoscit se superiorem, seque ipsi in Natura subjectam: negare nemo poterit, omnes Conclusiones morales de faciendis aut omittendis, quas ex sana Ratione concludimus, vere esse leges divinas, & idem itaque esse, Deum sequi, & parere Rationi, divino quem accepimus vitæ ductori.

§. 7. Eaque de causa dubium esse non potest, in Statu hominum Naturali vere existere obligationem, & falsum adeo esse, quod dixit Hobbesius, in Statu Naturali omnia contra omnes licere omnibus. Nimirum per Obligationem hominis in Statu Naturæ nihil aliud intelligi potest, quam necessitas moralis faciendi aliquid vel omittendi, à Ratione agnita, quatenus illa ipsa Necessitas à Natura, & consequenter à Deo procedere intelligitur, quandoquidem & salutem nostram & perniciem, imo ipsam substantiam nostram à Natura & adeo à Deo, ejus Creatore & Rectore, dependere deprehendimus.

§. 8. Ergo male fluctuat Hobbesius, quando De Cive, cap. 4. §. 1. idem nobiscum sentiens inquit: Legem Naturalem non immerito appellari solere divinam, quia Ratio, quæ ipsa sit lex divina, immediate à Deo unicuique pro suarum actionum regula tributa sit: & nihilominus in proxime præcedente §. 33. cap. 3. ait: Naturæ quas vocamus leges cum nihil aliud sint, quam Conclusiones quædam Ratione intellectæ de agendis & omittendis; lex autem proprie & accurate loquendo sit oratio ejus, qui aliquid fieri vel non fieri aliis jure imperat, non sunt illæ proprie loquendo leges, quatenus à Natura procedunt.

Qua-

Quatenus tamen eadem a Deo in Scripturis sacris latae sunt, legum nomine propriissime appellantur. Falso enim essentiam legis in eo ponit Hobbeseus, quod sit oratio, hoc est promulgatio expressa: Sufficit enim, si quocunque modo, etiam interiori mentis convictione, voluntas Dei ex natura rerum Rationi innotescat. Unde homo per ipsam necessitatem, à Ratione in propositionibus moralibus ex Natura derivatis agnitam, Deo obedire tenetur, quamvis eam in sacris litteris Deus nunquam expresse promulgasset; cum nihil intersit, quocunque cognoscendi principio eam homini manifestarit: siquidem Natura & Ratio æque à Deo est, ac Scriptura, & adeo dictamina Rationis & Naturæ æque divina dictamina sunt, ac dictamina Scripturæ. Id quod & ipse Hobbeseus alio loco negare non potuit, dum *cap. 15. §. 3.* docet: Dei leges triplici modo hominibus declarari: primo per tacita rectæ Rationis dictamina; secundo per Revelationem immediatam, v. g. per visionem, somnium, afflatum divinum; tertio per vocem alicujus hominis, quem Deus per miracula edita tanquam fide dignum commendaverit, veluti per Prophetas. Adjicit, tres hos modos dici posse triplex Verbum Dei, nimirum Rationale, Sensibile & Propheticum; quibus respondeant tres modi, quibus audire Deum dicamur, nempe Ratiocinatio recta, Sensus & Fides.

§. 9. Hæc duo cum suo luce radiare videantur nempe 1. quod actionum humanarum in Statu Naturali norma sit Ratio, 2. quod Rationis dictamina vere sint Leges divinæ, ulterius videndum quænam tandem sint illa ipsa dictamina, generaliora quidem, ex quibus reliqua specialiora per bonam consequentiam concludi queant. Ubi primo expendendum esse censeo, quænam Ratio, voluntatis divinæ interpret, omnibus hominibus intendendum Finem præscribat: deinde quænam eadem doceat Media, ad illum finem consequendum apta. Utrumque ex contemplatione Naturæ, & facultatum potissimum humanarum, erui heic unice debet, utpote ex quibus Dei, qui eas non sine fine concessit, voluntas optime procul dubio elucescet.

§. 10. Finem itaque quod attinet, Rationi manifestum est, velle Deum, ut homo veram in hac vita consequatur felicitatem, quandoquidem id tum ex ipsis Naturæ humanæ facultati-

tibus, tum ex tanto bonorum apparatu, quibus in potentia hominum naturali positus Naturam ditavit Deus, abunde patet. Eadem tamen Naturæ, potissimum humanæ, consideratio docet, noluisse Deum, ut homo ad felicitatem suam necessitate aliqua physica vel invitatus trahatur, quali necessitate reliqua entia inanimata ad gradum perfectionis suæ rapiuntur: sed voluit potius Deus, ut homo libere non ex mechanica aliqua necessitate felix, ipseque adeo felicitatis suæ quodammodo auctor sit. Non alia enim ratione arbitrii libertatem homini concessit Deus, vi cujus modo actiones voluntati divinæ, propriæque felicitati conformes, modo contrariis, peragere potest. Unde prima omnium lex Naturalis, circa finem omnibus hominibus propositum, est hæc: Quilibet homo habet jus reddendi suam sibi vitam, quantum potest, felicem ac beatam.

§. 11. Deinde quod concernit Media ad hunc finem facientia, ex eadem prima lege naturali evidenter fuit hæc altera, quod homo habeat jus utendi omnibus mediis, quæ ad istum finem consequendum Deus per naturam ipsi concessit, sive ea media sint interna, quo pertinent facultates naturales, corpori & menti hominum insitæ; sive sint externa, in aliis nampe Naturæ partibus extra hominem in ejus potestate posita. In his itaque duabus Naturæ legibus primariis cum Hobbesio consensio quidem, (*vid. sect. 2. §. 3.*) at in ponendis earundem principis seu probationibus dissentio: quandoquidem Hobbesius geminam hanc Naturæ legem non ex vero facultatum humanarum fine, quem Deus intendisse per rectam Rationem judicatur, deducit, sed potius noxium earundem facultatum ab usum summo jure ab hominibus, ut putat, susceptum, præpostere principium facit, quando ex æquali hominum se mutuo lædendi voluntate, viriumque ad lædendum æqualitate, duplicem hanc legem demonstrat; unde dein falsæ ipsius de Statu Naturali hypotheses ortæ sunt. *vid. sect. 3. §. 7.* Juris enim conceptus cum relativus sit ad voluntatem superioris, eaque relatione subblata nil nisi potentia naturalis, omni respectu justitiæ carens, remaneat: jura hominum in Statu Naturali non ex eorum factis, de quorum quippe justitia quæritur, sed ex voluntate Dei, ex consideratione facultatum naturalium per rectam Rationem agnita, derivari & cognosci debent.

§. 12.

§. 12. Ulterius circa duplicem hanc legem naturalem considerandum est, cam non uni homini propriam, sed Engulis ex voluntate Dei communem esse: siquidem eadem hoc intuitu pro omnibus hominibus militat ratio, & quod unus homo, tanquam Rationis ductu sibi sumit jus utendi facultatibus suis ad promovendam felicitatem suam, idem & alterum eadem Ratione districte sibi recte sumere judicandum est. Inde clare demonstrari potest tertia hæc Juris Naturalis lex, Deum velle ut nullus homo alteri in eo ipso jure suo exercendo obstaculum ponat, hoc est, quod nemo alterum debeat lædere, & quod potius omnes homines reciproca ope ad promovendam felicitatem suam debeant conspirare.

§. 13. Hæc lex Naturæ quia palmaria est, ex eo, quod Statum hominum Naturalem non in bello, sed in pace & vita socialia ponendum esse diserte arguit, sollicitius jam demonstranda mihi erit. Et primo quidem ejus veritas ex iis, quæ diximus a priori patet. Cum enim cuilibet homini competat jus felicitatem suam, quantum potest, promovendi, idque, quod probe notandum, non ex fundamento solius potentia seu appetitus naturalis, qui quippe solus ad juris conceptum haud sufficit, sed ex voluntate Dei, (per §. 6.) Necessario sequitur, unumquemque obligatum esse, ne alteri in possessione vel acquisitione felicitatis suæ temere adversetur. Nam si Deus vult, ut homo felix sit, manifestum est, Deum nolle, ut mutua læsione alterum infelicem reddat; & contradictionem implicat, dicere, Deum velle, ut unusquisque homo ad felicitatem suam adspiret, & eundem tamen etiam velle seu permittere, ut unusquisque alterum in fruitione felicitatis suæ pro lubitu turbet; seu stylo Hobbesii: unumquemque alterum & juste invadere, & hunc eodem jure (eadem voluntate Dei) juste resistere.

§. 14. Secundo idem evidentissime patet, si ipsam felicitatis humanæ naturam accuratius consideremus. Nempe per felicitatem hominis in hac vita nihil aliud intelligi potest, quam complexus bonorum, quæ quis acquiserit, ut eis grate perfruatur, vitamque sibi inde reddat lætam ac quietam. Simplex enim vitæ conservatio ad felicitatem hominis non sufficit, cum tantæ miseria & turpitudine onerari possit, ut quemvis hominem nisi
 stu-

stupidiffimum vitæ tæderet. Hinc, uti dictum, felicitas nostra non tam in ipsa vita, quam potius in bonis & commoditatibus vitæ, quibus fruimur, quærenda est.

§. 15. Jam quæcunque Deus bona in rerum natura ad felicitatem nostram immediate concessit, fere non nisi potentia fuit nostra demum industria ad actualem felicitatis nostræ usum aptandæ, id quod facile per inductionem patet: Nemo autem solus omnium Naturæ potentiarum, ad felicitatem suam spectantium adeo potens est, ut sola ipsius industria, quantacunque sit, ad omnes prout opus habet in suum usum ac commodum convertendas sufficiat: Ergo cum Deus velit, ut homo felix sit, & nihil ominis ejus potentiam ita limitaverit, ut quantocunque conatu ad felicitatem suam adspiret, solus tamen sibi ad id minime sufficiat: necessario sequitur, Deum velle, ut homines mutua sibi invicem præstent ministeria, & naturam adeo hominum moralem, hoc est, cum respectu ad ipsorum felicitatem consideratam, quam maxime esse socialem, usque adeo, ut ne quidem sufficiat, dicere, hominem natura ad societatem aptum natum esse, quod frivole negat Hobbesius; sed plane præterea asserendum sit, hominem ad vitam sine omni societate peragenda natura sua plane penitus esse ineptum: Id quod cum infantia nostra abunde docet, in qua sine aliorum ope fame & frigore pereundum nobis esset; tum ætas insuper adulta, quam ubi per puerilis ætatis decursum, aliorum opera adjuti, attigerimus, ad mutua porro commercia colenda naturali & quotidiana indigentia nostra validissime compellimur.

§. 16. Plane adeo arctè natura humana ad societatem alligata est, ut ne quidem in ipsa, quæ nunc invaluit, corruptione pessimus quisque homo carere societatis auxilio possit; cum quo magis affectibus quis deditus est, tanto magis ad exsatiandum eorum libidines aliorum ministerio opus habeat: Ut adeo dicere possis, omnem humani generis corruptionem nequidem tantum valuisse, ut natura humana socialis esse desineret, sed connatam nobis socialitatem seu necessitatem in societate vivendi in infelices solummodo abusus detortam subinde deprehendi.

§. 17.

§. 17. Ipse B. Spinoza, qui alias fere eadem cum Hobbesio oberrat chorda, naturalem societatis inter homines necessitatem agnovit, quando dixit: societas non tantum ad sècure ab hostibus vivendum (quod putavit Hobbesius, *vid. supra sect. 2. §. 6.*) sed etiam ad multarum rerum compendium faciendum, per utilis est, & maxime etiam necessaria. Nam nisi homines invicem operam mutuam dare velint, ipsis & ars & tempus deficeret, ad se, quoad ejus, fieri potest, sustentandum. Non enim omnes ad omnia æque apti sunt, nec unusquisque potis esset, ad ea comparandum, quibus solus maxime indiget. Vi-res & tempus, inquam, unicuique deficerent, si solus deberet arare, seminare, metere, molere, coquere, texere, fuere, & alia per plurima ad vitam sustentandam efficere, ut jam taceam artes & scientias, quæ etiam ad perfectionem humanæ naturæ ejusque beatitudinem sunt summe necessariae. Videmus enim eos, qui barbare sine politia vivunt, vitam miseram & pene brutalem agere: Nec tamen pauca illa misera & impolita, quæ habent, sine mutua opera, qualisqualis ea sit, sibi comparant. *Tract. Theolog. Polit. Cap. 5.*

§. 18, Ex dictis jam porro sequitur, Deum homines mutua benevolentia conjunctos voluisse: quandoquidem salutem unius adeo arcte salutem alterius innexam esse voluit, ut neuter sine altero vere & perfecte felix esse possit. Unde tanto majores felicitatis progressus facere aliquem posse quotidie experimur, quanto arctius utilitatis suæ rationem utilitati complurium aliorum hominum innectere noverit, qui socia opera atque prudentia ipsi assistere è re sua ducant; sicut è contrario qui sine amicitia, & absque ulla utilitatis suæ ad utilitatem aliorum correlatione ad insigne felicitatis fastigium emergere velit, oleum & operam perditurus est. Hinc recte concludimus, affectum naturæ humanæ omnium maxime conformem non odium esse aut metum, quod Hobbesius supposuit, & inde hypothesein suam de Statu Naturali finxit; sed amicitiam mutuam & socialem hominum benevolentiam.

§. 19. Cui non obstat, quod in odia & inimicitias ruere quotidie homines videamus, id quod maximopere urget Hobbesius: Facillime enim huic objectioni satis facere poterit, qui at-

D. tente

tente consideraverit quod §. 10. dixi, noluisse nempe Deum, ut homo ad felicitatem suam necessitate aliqua absoluta rapiatur: Exinde enim sequitur, utique homini superesse potentiam physicam, per odia & inimicitias grassandi ad suam perniciem; at inde saltem licentia moralis, seu jus, inferri non debet. Unde nihili est quod objicit Hobbesius *de Cive Cap. 1. §. 2.* Causas inquires, quibus homines congregantur, & societate mutua gaudent, penitus inspectantibus, facile constabit, non ideo id fieri, quod aliter fieri naturam non possit, sed ex accidente. Nemo enim eorum, qui hominem esse Natura animal sociabile statuunt, unquam asseruerit, hominem natura utique adeo socialem esse, ut physice impossibile ipsi sit, aliquid socialitati contrarium perpetrare.

§. 20. Illud tamen facile apparet, quamvis homines per naturam, & secundum scopum felicitatis suæ, amicitia reciproca jungi debeant, neminem tamen obligatum esse, ut alterum magis amet, quam se ipsum. Docui enim §. 12. legem naturalem, quæ homini tribuit jus promovendi felicitatem suam, omnibus hominibus jus illud æque tribuere. Jam si ego alterum magis amare quam me ipsum deberem, dicta jurium tolleretur æqualitas. Deinde si ego eum magis amare deberem me ipso, ille me etiam magis quam se ipsum amare teneretur: Sic jura nostra & obligationes sibi invicem contradicerent, cum ille respectu amoris, quo ipsi ego tenerer, officia à me exigere jure suo posset, ad quæ præstanda ego respectu amoris, quo ipse mihi vicissim devinctus esset, obligatus minime forem; quod sane absurdum & contradictorium esse rectius consideranti apparebit. Ergo, uti dictum, nemo obligatus est ad amandum alterum magis quam se ipsum.

§. 21. Sed & eadem ratione non minore amoris gradu, quam quo mihi ipsi propitius sum, alterum persequi debeo, cum si alterum minus amarem me ipso pariter offenderetur jurium inter homines æqualitas, & Rationi conveniens harmonia. Nam si ego majore amoris gradu me ipsum persequerem, quam alterum, ille æquali jure se ipsum magis quam me amaret. Sic itidem jura nostra & obligationes sibi invicem non responderent, sed contradictionem implicarent; cum ego, qui me magis amarem, offi-

officia ab ipso possem prætere, ad quæ mihi præstanda ille nequam obligatus esset, ex eo quod pariter haberet jus se magis amandi quam me. Ergo cum Rationi æque repugnet, se magis minusque amare quam proximum: omnis homo lege divina naturali debet proximum amare, tanquam se ipsum. Et hic ipse est verus amor, socialis, à Christo in Novo Testamento restauratus.

Caput Secundum.

De Statu Hominum Civili.

§. 1. **S**Tatum Civilem supra definivi, quod sit correlatio hominum, quatenus societatis cujusdam Civilis seu Republicæ membra sunt. Ipsa vero Civitas seu Respublica est societas, qua homines unius imperio, aut concilii cujus jus Majestas dicitur, subjecti sunt. Hujus quænam causa sit seu origo, quæstio habetur intricatissima, maxima inter scriptores Politicos lite agitata. Sunt, qui ipsam naturam hominum Civitatis causam faciunt, eamque usque adeo politicam statuunt, ut sponte ad societatem Civilem homines rapiantur, nec citra eam velint aut possint vivere. Alii à violentia & injuriis potentiorum originem Civitatum derivant. Alii metu homines impulsos, alii eosdem ad captandas majores commoditates vitæ, in Civitates coivisse contendunt. vid. *Pufend. de J. N. & G. lib. 7. cap. 1.*

§. 2. Ego rem satis expeditam fore crediderim, si probe discernantur quæstiones diversæ, quæ ab aliquibus autoribus confundi aut misceri videntur. Primo nempe alia quæstio est de causis ineundæ societatis, alia de causis seu origine Civitatis. Homines ipsa natura sua duce, propriaque indigentia, vitæque commoditatum illecebris inductos, statim ab initio sponte in societatem coivisse, certum esse existimo, per ea quæ *cap. 1. scilicet. 4.* disserui: quo sensu etiam hominem stylo Aristotelis animal natura politicum, h. e. sociabile recte vocari existimo. At inde necessitatem & originem Status Civilis demonstrari posse, utique dis-

fido: Et si quis hominem etiam hoc sensu animal natura politicum vocare vellet, de sola aptitudine potentiali intelligendum id esse crederem, quæ tamen aptitudo ad demonstrandam ætalem hominum in Civitates coalitionem sufficere nequaquam videtur.

§. 3. Deinde qui de Civitatum origine quærit, determinare ante omnia distincte debet, quid sibi velit per originem Civitatis. Duplici enim sensu hæc vox potest intelligi, nempe vel in sensu Philosophico, vel in sensu Historico. Priori modo denotat principium, ex quo Ratio cognoscere queat Status Civilis inter homines necessitatem. Hoc sensu si quæstio de origine Civitatum intelligatur, optime credo ad eam respondet Hobbesius, quando dicit, Leges Naturales in se non sufficere ad incolumitatem & felicitatem hominum, quoniam ipsarum cognitio securitatem nemini præstet ipsas observandi. Tali proinde statu opus inter homines esse, in quo vi homines in officio contineri queant. Unde recte infert, præter consociationem hominibus per pacta coeundum fuisse in unum corpus politicum, ubi unusquisque voluntatem suam unius hominis aut concilii voluntati ita submitteret, ut ille homo aut illud concilium singulorum viribus aut facultatibus uti possit ad pacem & defensionem communem: sive, uti brevius ait Pufendorfius, Causam principalem Civitatum constituendarum Metum esse, *lib. 7. cap. 1.*

§. 7. Omnia itaque Hobbesii rectissime se haberent, dumne ex Statu Naturali una cum institutis Civitatum omnem hominum obligationem naturalem exesse jussisset concedendo jus contra omnes omnibus. vide *supra cap. 1. sect. 3. §. 1.*

§. 4. E contrario si quis de origine Civitatum quæstionem instituens, historiam de primarum Rerumpublicarum origine & modo constituendi intelligat, sane decisionem quæstionis ita intellectæ ex solis principiis Philosophicis & Politicis frustra quæsierit; cum ea quæ sunt facti, non rationibus exputentur, sed ab Historicis petenda sint. Hujusmodi itaque causarum occasionalium cum excogitari possint quamplurimæ, æque omnes æque possibiles (*quo v. g. ex supra §. 1. allatis pertinet violentia potentium*) cavendum est, ne imponi nobis patiamur ab iis, qui hypotheses hujusmodi historicas, proprio ingenio confictas, sub spe-

specie rationum Philosophicarum seu Politicarum de origine primarum Civitatum nobis venditant: Quo v. g. spectat opinio Machiavelli, qua de origine Civitatum philosophari se putans, verius fabulatur, hunc in modum: cum ab initio mundi homines primum pauci essent, dispersi hinc inde haud dubie vixerunt. Postea autem numero aucti convenerunt, & ut se melius defendere possent, de cujusque robore & fortitudine periculum fecerunt, ut illum tanquam ducem sequerentur, quem fortissimum esse constaret, &c. De Republ. lib. 1. cap. 2. vide & supra locum Horatii, *cap. 1. sect. 3. §. 6. altatum.*

§. 5. Illud certum esse existimo, quæcunque ex historiarum monumentis doceri possit primarum Rerumpublicarum origo, fundamenta Philosophica seu Politica generalia Civitatis vel in eundæ vel conservandæ semper fore eadem, & adeo inquisitionem nimis curiosam in historiam de primarum Civitatum origine hoc intuitu frustraneam futuram esse. Sive enim sponte, sive violentia potentum coactos, in Civitates coivisse primos mortalium supponas, illud semper certum manebit & indubium, necessitatem quacunque occasione in Civitates coeundi fuisse & esse inevitabilem; cum sola JurisNaturalis reverentia haud quaquam sufficiat, ad tam immensum hominum numerum in officio continendum, ita, ut secure & feliciter vivere unicuique liceat.

§. 6. Hinc si quis vel maxime admittere nolit, homines metu majorum malorum, dicta nexus Civilis necessitate perspecta, sponte Civitatis condidisse, sed has potius violenter introductas fuisse contendat: illud nihilominus certum est, Statum Civilem ad conservationem & salutem generis humani unice necessarium, & ob id Juri divino Naturali consentaneum esse. Juste itaque in hunc statum etiam violenter redigi, & libertate, qua abufuri erant, exui potuerunt homines; & errant qui omnem vim externam, quæ a potentioribus hoc intuitu forte adhiberi potuit, absolute injustitiæ arguunt. Imo si vel vanissima ambitio, & inde emergens violenta hominum oppressio, originem huic Statui forte dederit, ex dictis fundamentis nihilominus in eo Statu permanendum merito fuit, cum vanitas & ambitio introducentium ipsius Status in se considerati

necessitatem & sanctitatem non mutet; quemadmodum hodie-
num in favor alienam rempublicam violententer in potestatem suam
redigere potest, salva imperii Civilis abstractivè considerati,
quod postea exercet, bonitate & justitia.

Caput Tertium.

De Juris Naturalis & Civilis Differentiis.

§. 1. **EX** allatis in duobus Capitibus præcedentibus de Sta-
tu Naturali & Civili Principiis non difficile erit, Ju-
rium utriusque Status Differentias per modum conclusionum
demonstrare. Hoc ut quantum potest adæquate fiat, *duo gene-
ratim in omni Lege consideranda videntur: primo forma ejus seu Vir-
tus essentialis, qua nempe omnis Lex modo permittit seu tribuit jus,
modo obligationem imponit, l. 7. D. de LL. Deinde objectum seu ma-
teria, quæ est illud ipsum, quod unaquæque Lex hominibus injungit,
vel ad quod faciendum aut habendum jus illis tribuit. In his duobus
omnis, quæ inter Jus Naturale & Civile intercedit, spectari po-
terit differentia.*

§. 2. Itaque quod concernit formam seu virtutem essentialem
Legum, qua *Jus & Obligationem* operantur, *Prima Juris Na-
turalis & Civilis differentia, circa obligationem in eo posita est, quod
alia sit obligatio Legum Naturalium, alia Legum Civilium. Juris
Naturalis Leges obligant interne seu in conscientia, per ea quæ
cap. 1. Sect. 4. §. 7. dicta sunt. At in Statu Civili socialitatis
officia omnia conscientiæ & pudori cujusvis relinqui neutiquam
potuerunt, cum hic Status securitatem maxime intendat dicta
officia observandi (per cap. 11. §. 3.) & conscientia, seu obliga-
tio mere interna, nimis debile societatis vinculum foret: Hinc
obligatio naturalis in Statu Civili roborari debuit obligatione
externa seu Civili, quæ coactionem externam in foro Civili in-
volvitur. eoque potissimum effectu se prodit, ut producat Actio-
nem vel Exceptionem, l. 7. pr. §§ sqq. D. de Pactis, qui quidem
effectus obligationi naturali per se haud inest, l. 14. D. de
Oblig.*

Oblig. & Act. arg. l. 45. D. de Pact. l. 20. C. eod.

§. 3. Et quidem primo duplici modo *Obligatio Civilis*, *Obligatio Naturali* accedit. Vel enim *Jus Civile* plenum aut perfectum obligationis *Civilis* robur *Naturali* obligationi addit, ut nempe *Actio* inde nascatur & *Exceptio*: qualis est omnis obligatio, quæ ex contractu nascitur; sicut v. g. contractus emtionis venditionis, & actionem producit, l. 1. *D. de Act. Em. Vend.* & *Exceptionem*, l. 1. *D. de Except. rei vend. & trad.* Vel minus plene seu imperfecte saltem obligationi naturali *Lex Civilis* succurrit, actionem nempe denegando, & exceptionem solum tribuendo, quale quid in pactis nudis cernimus, l. 7. §. 4. *D. de Pact. l. 27. C. Locat. l. 3. C. de Rer. permut. l. 28. C. de Pact.*

§. 4. Secundo quibusdam obligationibus *Juris Naturalis* vim obligationis *Civilis* plane penitus subtraxit *Jus Civile*, ita ut nec actionem nec exceptionem iis tribuat, easque adeo obligationes naturales plane reprobaverit. Cujus rei effectus est, ut non solum agi cum effectu contra taliter obligatum non possit, sed etiam si quid ex tali obligatione solutum fuerit, repeti possit per conditionem indebiti. Sic v. g. *SCtum Vellejanum* obligationem naturalem foeminae, quæ intercedendo aliquid promiserit, civiliter nullam pronuntiat, adeo, ut nec actio contra foeminam eo nomine detur, l. 2. §. 1. *ad SCtum Vellejan.* & si quid solverit, indebitum condicere possit, l. 9. *Cod. SCt. Vellej. l. 40. pr. D. de Condit. indeb.* Unde heic adest obligatio mere naturalis, civilis nulla.

§. 5. Pari ratione tertio alicubi mere *Civilis* obligatio adesse dicitur, & actionem & exceptionem tribuens, *Naturalis* nulla: sicuti si quis metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, quicquam promiserit, aut si creditor pecuniam, quam stipulatus erat debitor, non numeraverit, aut si debitor cum creditore pactum de non petendo inierit, salva nihilominus civilis obligatio & actio dicitur, §. 1. 2. 3. *Inst. de Except. l. 36. D. de V. O.* Quam tamen obligationis *Civilis* speciem, tanquam æquitati contrariam, merito neglexit *Jus Prætorium*, modo læso, qui quod ex obligatione mere *Civili* debuit solverit, concedendo beneficium restitutionis in integrum, quo munitus actionem contra lædentem habebat, l. 1. l. 3. *pr. D. Quod met. caus. l. 1. §. 1. D.*

D. de dol. mal. modo actionem a lædente institutam exceptionibus infirmando, §. 1. *seqq. Inst. de Except. l. 36. D. de V. O. l. 7. D. de dol. mal. & met. except. l. 5. C. de inutil. stipul.*

§. 6. Atque ex his fundamentis recte Jcti obligationem dividere solent in Naturalem, Civilem, & Mixtam. Naturalem enim vocant eam, quæ a solo Jure Naturali est, obligatione externa in foro Civili destituta, quæ adeo saltem actionem non producit, eo quod Legislatores Civiles eam pudori cujusvis reliquit, vel nec actionem nec exceptionem, quia interdum eam prorsus reprobare consultum esse duxit. Prioris exemplum est, obligatio ex pacto nudo, item obligatio ad officium liberalitatis, misericordiæ, & ad omnia fere humanitatis officia: Posteriori vero confirmat exemplum obligationis naturalis fæminarum pro alio intercedentium §. 4. allatum. Obligatio mere Civilis dicitur, quæ a solo Jure Civili, contra æquitatem naturalem statuenta, descendit, de qua §. 5. dixi: Hæc merito hodie pro inani habetur figmento *l. 112. de R. 7. l. 3. §. 1. D. de pecun. constit.* Mixta tandem est, quæ & a Jure Naturali est & autoritate Juris Civilis roboratur, de qua dictum §. 3.

§. 7. Alterum effectum Legis formalem, quo nempe etiam permittit seu tribuit jus quod attinet, eadem fere inter jus Naturale & Civile est differentia: quandoquidem pariter juribus lege naturali concessis lex Civilis modo efficaciter assistit, ita, ut jus concessum contra invitum asserere liceat, modo minus. Id quod ut recte intelligatur, notandum est, quod omne jus. *Lege naturali nobis competens vel perfectum sit, vel imperfectum.* Perfectum dico id, pro quo asserendo remediis coactivis uti licet, quale remedium in Statu Naturali est bellum (*vid. Cap. 1. sect. 3. §. 13.*) Imperfectum jus est, quod vi extorquere haud licet, sed quod conscientiam alterius relinquere debet. Cujus rei fundamentum hoc est, quod id, ad quod ab altero exigendum aliquis habet jus, vel est officium necessitatis, vel solum officium commoditatis: Jus exigendi officium necessitatis procul dubio jus perfectum est, eo ipso quod id, quod exigitur, est officium necessitatis, & adeo ab unoquoque absolute alteri præstandum est, licet ipsi præstanti sit incommodum. At officia commoditatis non debentur, si ei, à quo exiguntur, sint incommoda: nam necessitati quidem alterius subvenire etiam

am cum mea incommoditate teneor, v. g. si ipsi citra officium illud esset pereundum: Ast solam commoditatem alterius cum mea incommoditate promovere non teneor, (*per Cap. 1. sect. 4. §. 20. 21.*) Itaque cum ego, qui jus habeo exigendi officium aliquod commoditatis, sæpissime scire nequeam, annon ejus præstatio alteri æque vel magis incommoda futura sit, quam mihi ejus carentia: sequitur, naturaliter hoc casu iniquum fore, tale officium vi extorquere, atque adeo jus exigendi tale officium commoditatis esse imperfectum.

§. 8. Jam videamus, quot modis ab hisce Juris Naturalis ditaminibus Jus Civile abeat. *Primo ex indole Status Civiles facile liquet, arbitrium juris cujuscunque violeptè sibi asserendi hominibus privatis seu civibus quoad maximam partem affectibus deditis relinquere non potuisse; cum pax & securitas publica, quam Status Civiles principaliter intendit, (per Cap. 2. §. 3.) actibus hujusmodi violentis perpetuo turbaretur, & præterea ex innata omnibus hominibus philantia metuendum foret, ut quisque in propria causa judex iniquissimus futurus esset. Ergo naturalis potestas jura denegata violenter vindicandi subditis in Statu Civili necessario adimi, atque per Imperantes, & constitutos ab his judices æquos, exerceri debuit, ita, ut in locum juris belli, quod Jus Naturæ in Statu Naturali largiebatur, succederet jus actionum forensium.*

§. 9. Hoc ipsum ex communi hoc principio etiam Leges Romanæ agnoverunt, neminem sibi ipsi jus dicere impune posse statuentes, uti patet ex §. 1. *Inst. de vi bon. rapt. §. 6. Inst. de Interdict. l. 7. C. Unde vi.* Exceptis quidem casibus necessitatis, quandoquidem rectè possidenti ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenet, moderamine inculpatæ tutelæ illatam vim propulsare licet, *l. 1. C. Unde vi*, idque plane cum intereptione aggressoris, si vitæ periculum conjunctum sit, *l. 1. & 2. C. Quand. lic. unic. sine jud. se vind.* Plane etiam ipsas Respublicas, cum Imperio Civili subjectæ non sint, sed in Statu mere Naturali versentur, jura sua suscepto contra se invicem bello persequi posse, omni caret dubio.

§. 10. *Altera juris Civiles à Naturali circa jura hominibus com-*

E

pe-

petentia diversitas in eo consistit, ut Jus Civile jura naturalia perfecta in imperfecta mutare, iisque adeo remedia coercitiva forensia subtrahere possit; uti ex exemplo pactorum nudorum in Republica Romana patet, secundum textus §. 3. in fine allegatos. Noluerunt enim Romani ex quavis conventionione jus nasci, id, quod promissum, civiliter perlequendi, nisi conventio vel verbis solennibus vel factis, veluti symbolis quibusdam atque signis declararetur, & adeo vel in proprium nomen contractus transfret, vel per causam seu συναλλαγμα firmaretur, l. 7. §. 1. 2. D. de Pact. Id quod ideo factum esse docet Schilter Exercit. VIII. §. 3. ut ad utilitatem Reipublicæ tot lites incertæ, quæ ratione pactorum nudorum contingere frequentissime possent, foris cederent & exterminarentur.

§. 11. Simile exemplum de Jure Civili præbet donatio conjugum, quandoquidem jus perfectum ex tali donatione alterutri conjugum naturaliter competens; civiliter usque adeo imperfectum esse jussit Jus Romanum, ut talem donationem in foro suo prorsus invalidam pronunciet, & quidem optimis rationibus, ne scilicet mutuato amore invicem spoliarentur, ne venalicia essent matrimonia, & pretio concordia conciliari videretur. l. 1. 2. & 3. D. de donat. int. vir. & uxor. nec inter conjugem & eas personas, quæ ob potestatis domesticæ nexum cum altero conjugate pro una persona habentur, donationes admittat, v. g. inter conjugem & alterius conjugis filiumfamilias, l. 3. §. 2. D. Eod. l. 4. C. Eod. Eadem juris naturaliter perfecti in civiliter imperfectum mutatio obtinet circa donationes inter vivos quingentos solidos excedentes, si actis non fuerint insinuatæ, §. 2. Inst. de donat. l. 36. §. f. C. Eod. Item ex SCto Macedoniano circa mutuam pecuniam filiofamilias datam, ubi quippe jus creditoris naturaliter perfectum, perinde civiliter imperfectum est. §. 7. Inst. Quod cum eo qui in alien. potest. l. 1. pr. D. de SCto. Maced.

§. 12. Sed & e contrario jus naturaliter imperfectum mutari in civiliter perfectum potest, qua tertia est Legum Naturalium & Civilium circa jura hominibus concessa differentia. Patet id ex iis casibus, in quibus v. g. venditio rerum suarum, in alterius commoditatem suscipienda, domino perfecte injungitur, l. 12. pr. D. de Religios. l. 14. §. 1. D. Quemadmodum servit. amitt. Item

ex

ex officio tutelæ molestissimq; ad quod unusquisque civis cogi potest, nisi causas excusandi lege approbatas allegare possit, *l. 1. de Excusat. tutor.* Etenim officium alienandi quocunque modo res suas in utilitatem alterius, ut & officium tutelæ, ut plurimum secundum leges Naturales jure saltem imperfecto exigi ab altero potest, quod Jus nihilominus in perfectum Legislator Civilis mutavit.

§. 13. Præterea quarto *jus seu facultas, de jure Natura hominibus competens, jure Civili ipsis plane penitus admitti potest*: Id quod factum quandoque est in utilitatem Reipublicæ; sicut v. g. emtori ademptum Jure Civili est jus rescindendi emtionem, in qua læsus est saltem usque ad dimidium, *l. 16. §. 4. D. de Minor. l. 8. C. de Rescind. vendit.* quia nempe res difficillima foret judici, & litium nullus finis nec exitus, dominia quoque rerum semper in incerto futura essent, si ex qualibet inæqualitate pretii & mercis daretur actio sive ad rescindendum sive ad supplendum. Schilter *Exercit. xxxi. §. 27.* Idem patet exemplo juris belli, in utilitatem publicam subditis adempti, *vid. §. 8.* nec non exemplo plerorumque jurium in fluminibus, portibus, feris bestiis &c. competentium, maximam partem Principibus reservatorum. Aliud exemplum huc pertinens est *in l. 5. pr. C. §. 1. C. ad Leg. Jul. Majest.* ubi omnia bona perduellium fisco addicuntur, & filii eorum à materna & avita, omniumque etiam proximorum & extraneorum hæreditate ac successione excluduntur, ita, ut perpetua egestate sordentibus, sit mors solatium, vita supplicium, & per bonam consequentiam alimenta, ad quæ tamen summum jus habent, præsertim si nondum educati sint, ipsis denegentur. Sed an recte? videamus. Ego affirmare audeo *dictam l. 5.* esse injustissimam & crudelissimam, qua enim ratione Imperatores ita graviter punire possunt filios innocentes? quia, dicunt, in eis paterni, hoc est, hæreditarii criminis exempla metuuntur. Nullius momenti profecto ratio, quæ ab incerto eventu atque exitu rerum desumitur. Poena constituitur in emendationem hominum, *inquit Ctus in l. 20. D. de Pænis,* quid autem opus emendatione, ubi nihil peccatum? Multo sapientius lidem **IMPP. ARCADIUS ET HONORIUS** de quibus quæque *d. l. 5. in l. 22.*

C. de Pœnis: Sancimus, ibi esse pœnam, ubi & noxia est, & in fin. ejusd. l. Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Nec tamen puto per *d. l. 22. l. 5.* esse abrogatam, uti colligere licet ex *l. pen. C. Theod. de bon. proscrip.* quæ pluribus annis post *d. l. 22.* publicata est ab HONORIO ET THEODOSIO, in qua lege HONORIUS liberis quidem damnatorum bona relinquit, sed excepto Majestatis scelere, cujus atrocitas, inquit, nihil relinquit hæredibus. Merito itaque laudandi Principes Christiani, qui ab rigore isto recesserunt, & mitiora constituerunt, ita ut moribus nostris liberi perduellium hereditate quidem paterna careant, de cætero autem neque infames habeantur, neque ab honoribus aut extraneorum hereditate exclusi sint, ut testatur *Schneid. in §. 3. Inst. de Publ. Jud. Farinac. quæst. 116. part. 3. n. 144. Grænewegen ad d. l. 5. §. 1.* Sed revertor in viam. Eadem interdum jurium naturalium ademptio facta etiam est in favorem privatorum; sicuti v. g. in singularem eruditorum favorem opificibus; qui artem cum strepitu & fœtore exercent, illorumque meditationes deturbant, ademptum est jus, ipsis invitis & contradicentibus emendi aut conducendi ædes in vicinia ipsorum. *Carpz. P. 2. C. 37. d. 23. n. 7. Stryck. de Jur. sens. D. 3. c. 2. n. 13. Lauterb. Comp. Jur. Tit. Loc. Conduct. lit. S.*

§. 14. Tandem in genere notari mereatur, ipsas permissiones juris Civilis in duplici esse differentia: Vel enim Lex permittens tribuit jus, cui a parte alterius respondet obligatio, qua permissio plena dici potest: v. g. quando Lex Civilis creditori contra debitorem tribuit jus & actionem: vel solummodo licentiam tribuit, cui a parte alterius obligatio respondet nulla, quam minus plenam permissionem vocare possis. Talis est quando jus Civile uxorem in adulterio deprehensam, aut adulterum, impune occidere patri & marito certis conditionibus permittit, *l. 20. l. 24. §. 1. D. ad L. Jul. de adult. Nov. 117. c. 15. pr.* sic de Jure Civili quilibet habet licentiam, volucres capiendi in fundo alieno, ut ut dominus fundi ingredientem, si præviderit, possit prohibere ne ingrediatur, §. 12. *Inst. de R. D. l. 17. D. de Ser. Præd. Rust. l. 13. §. fin. D. de Injur.* Sed & similis fere permissionum differentia in ipso Jure Naturali admitti potest, ubi quippe id, quodi

quod Ratio, utut non injustum, stultum tamen esse agnoscat, plene ac perfecte licito eodem modo opponi posse videtur. ac in foro Civili id, quod plene & sub titulo juris permillum est, opponitur ei, cui solum connivetur, aut quod solum impune est.

§. 15. Sed quoniam uti haectenus demonstratum Jus nostrum Civile, tam saepe à Jure Naturali abeat, noli tamen ideo illud alicujus injustitiæ accusare, jus enim optimum est, at hominibus non perfectis, sed erroribus atque affectibus obnoxiiis datum, praeterea non vult homines ad virtutem elicere, vellet quidem, si posset; hoc autem non est Legislatoris Civilis sed eruditi officium: itaque Cicero, *aliter leges. aliter Philosophi, inquit, tollunt astutias: Leges quatenus manu tenere possunt; Philosophi quatenus ratione & intelligentia lib. 111. de Offic. cap. 17. & Persius Sat. 5. v. 9. 3.*

*Non Pratoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia, atque usum rapidae permittere vita.*

Multi Lex Civilis permittit & permittere debet Juri Naturali contraria, propter humanæ imbecillitatis conditionem, & ad majus malum evitandum: Sic Seneca: *Ingrati animi frequentissimum crimen, nusquam punitur, ubique improbatur: Neque absolvimus illud sed cum difficilis esset incertæ rei aestimatio, tantum odio damnavimus, & inter ea reliquimus, qua ad Judices Deos mittimus. De Benefic. lib. 111. Cap. 6. Conf. hic quoque Orationem illam Incomparabilem Clarissimi & Doctissimi GERARDI NOODT, Viri quavis praclara de nostra Jurisprudencia meriti, Praceptoris mei omni honoris & grati animi cultu prosequendi, de Relig. ab Imp. Jur. Gent. Liber. p. 788. Edit. Operibus inferr. ubi multa egregia huc facientia videbis. Ideo nullus meliora edoctus abuti debet permissione vel licentia ipsi a Jure Civili concessa, & quanquam impunis manet coram judicio humano, attamen coram tribunali rectæ Rationis longe aliter se res habet. Angusta est sapientia, dicit Seneca, ad legem bonum esse, quanto latius officiorum patet, quam Juris Regula! quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt, qua omnia extra publicas tabulas sunt lib. 11. De Ira cap. 27. in fin. Idem lib. v. De Benefic. cap. 21. Multa legem non habent, nec actionem, ad qua consuetudo visa humana lege omni valentior, dat aditum. Nul-*

la lex jubet amicorum secreta non eloqui, nulla lex fidem etiam inimico prestare. Quæ lex ad id præstandum nos quod alicui promisimus, alligat. Querar tamen cum eo qui arcanum sermonum non continuerit, & fidem datam nec servatam indignabor.

§. 16. Sufficiant hæc de differentiis Juris Civiles a Naturali, intuitu duplicis virtutis seu effectus formalis Legum, Juris nempe quod Lex tribuit, & Obligationis quam imponit. *Restat, ut ostendam, quidnam inter utrumque Jus sit differentia intuitu ipsius objecti seu materiae legum, (vid. §. 1.)* Et Jus quidem Naturale quod attinet, cum ejus principium genuinum sit Socialitas, hoc est, necessitas moralis vivendi in societate, ad felicitatem generis humani a Deo intenta, uti in *cap. 1. Sect. 4 §. 13. seqq.* demonstravi: manifeste sequitur, omnes in univèrsum æquitatis & justitiæ inter homines conservandæ regulas, sive concernant jura sive obligationes hominum, quatenus ex socialitate, tanquam Juris Naturalis principio, per modum Conclusionum sequi intelliguntur, intra ambitum objecti seu materiæ Juris Naturalis adæquate comprehendi.

§. 17. Id quod si recte consideres, simulque perpendas, ea hominum officia, quæ circa cultum Divinum restant ex dicto Juris Naturalis principio haud cognoscenda, ex Theologia, partim Naturali partim Revelata, descendere: dubium primo intuitu videri posset, an præter additionem aut deductionem obligationis & permissionis externæ seu Civiles, de qua hætenus disserui, aliquid omnino objecti seu materiæ supersit, de quo sola demum lege Civili disponi in Republica queat: quandoquidem, uti dictum, jus Divinum Naturale, junctum Theologiæ Naturali & Revelatæ, omnia quæ vel ad officia hominum erga Deum spectant, vel in ipsa societate humana ad ejus conservationem æqua sunt & justa, intra ambitum principiorum suorum adæquate complectitur, & ab homine nihil unquam præcipi potest Juri Divino contrarium.

§. 18. At verò hoc dubium facile evanescet, si perpendamus id, quod *cap. 1. Sect. 4. §. 9.* asserui, *legum Naturalium objectum in univèrsum duplex esse: finem nempe actionum humanarum, & mediæ istum fidem consequendi.* Hæc duo enim sunt, quibus omne, quicquid ad quamcunque actionem moralem pertinet, adæquate

te

te absolvitur. *Finem itaque actionum humanarum quod concernit, qui de Jure Naturali est salus & felicitas hominum, (cui docente Theologia Naturali & Revelata accedit cultus divinus,) in eo sane inter Jus divinum Naturale, & Civile, nulla videtur esse differentia, nisi hac, unica quidem, at maximi momenti, quod Jus Civile, secundum indolem status Civilis cap. 11. delineatam, maxime respiciat salutem & felicitatem eminentem Civitatis unversae, vel saltem plurium, eamque adeo utilitati singulorum merito anteferat; sicut v. g. propter bonum publicum usucapio introducta est, ne diu dominia in incerto sint, nec ii, qui bona fide res suas possident, in perpetuo litium metu versari cogantur, licet hoc ipso pauciores alii, qui nempe custodiendis & vindicandis rebus suis parum invigilant, dominia sua amittant, l. 1. D. de Usucap. Cum contra mero Jure Naturali, si nempe a Statu Civili abstrahas, suam quisque utilitatem propriam, æque saltem ac utilitatem aliorum quærere summo jure possit, per cap. 1 Sect. 4. §. 20.*

§. 19. *Maxima autem & notatu dignissima Juris Naturalis & Civilis differentia circa media, dictum utriusque Juris finem consequendi, versatur. Etenim inter ea media, aliqua in certo quodam rerum genere sunt unica aut absolute necessaria, veluti ad procreationem sobolis generatio, ad conservandam inter homines societatem servatio pactorum, item omissio læsionis: In quibus adeo sancte in societate humana custodiendis utrumque Jus, Naturale & Civile, merito conspirat; licet ob hanc ipsam absolutæ necessitatis rationem hæc mediorum species rectius forte & accuratius finium intermediorum notione concipiatur, quam mediorum proprie dictorum.*

§. 20. *Est sæpissime etiam media, ad unum eundemque finem vel ultimum vel intermedium ducentia, quamplurima dantur. Horum cum non omnia semper & ubique sint æque commoda & útilia, eo quod ad finem intentum consequendum alia aliis facilius & commodius, alia aliis magis adæquate inserviant: electionem eorum Prudentiæ hominum Jus Naturæ suadendo reliquit. Et hæc ipsa est propria & domestica materia legislationis Civilis, cujus adeo animam merito dixeris Prudentiam Civilem legislativam, sine qua leges Civiles non nisi noxiæ, & ad finem Jure divino Naturali unice præscriptum inutilis*

les, magno cum detrimento *Rerumpublicarum* condi necesse est. Unde hoc in passu *legum Civilium a Naturalibus differentia* in eo versatur, ut *Jus divinum Naturale* præscribat finem, vel ultimum vel intermedium, *Jus autem Civile* specialius secundum *Prudentia Civilis regulas* determinat modos & media dictum finem consequendi: Qua de causa scientia ejus, quod in foro *Civili* justum est, non immerito *Jurisprudencia* salutatur.

§. 21. *Admodum sapienter itaque Schilterus Exerc. xxvii. §. 67. ita hac de re differit: Lex natura de negotiis civilibus ita disposuit, ut præter summa principia, & inde limitationibus & ampliacionibus resultantibus conclusiones communes, in reliquis suadendo aut dissuadendo legi. latori Civili permittat pro moribus populi ac statu Respublica liberam arbitrandi statuendique potestatem. Et multo clarius & accuratius eandem differentiam docet ANDR. RUDIGERUS Celebrerrimus & summi ingenii apud Lipsienses Philosophus Præceptor quondam meus, cui gratiam habeo, & habiturus sum, quoad vivam maximam, plus enim [LL] debeo, quam unquam soluendo esse queam, Jus Natura, inquit, præcipit omnia, quæ societati humana & necessaria sunt & utilia, prohibet contraria: Modos autem (cum sine pro diversitate humana societatis varii) assequendi secundum intentionem Divinam, ista bona necessaria & utilia, non determinat; de his statuere, juris Civilis proprium & adequatum munus est Inst. Eru. dit. lib. 11, Tract. 11. p. 1. C. 1. Schol. 5. Edit. de ann. 1717.*

§. 22. Sic ut exemplis res illustretur, *Jure Divino Naturali* ex communi de non lædendo principio hæc regula, tanquam finis aliquis in *Republica* obtinendus præscribitur: Dolum a pupillis esse arcendum. Modos vero sive media, quibus finis iste obtineatur, *Prudentia Civilis* exputat, quosque inter varios alios dicto fini aptissimos esse judicat, *Lege Civili* introducit, quales sunt, ut pupillo constituatur tutor; ut permittatur parentibus, liberis impuberibus quos in potestate habent, testamento tutores dare, §. 3. *Inst. de Tutel.* ut deficiente tutela testamentaria succedat legitima agnatorum tutela, *pr. Inst. de Legit. agnat. tutela.* ut hac quoque deficiente magistratus ad tutorem dandum obligatus sit, *pr. Inst. de Atilian. tut.* ut magistratus curare debeat, quo tutores & curatores tutelæ nomine satisfident, *pr. Inst. de Satisfact. tutor.* ut si hoc officium magistratus neglexerit, sub-

subsidiaria in eum Actio pupillo detur, excussis tutoribus eorumque fidejussoribus; *l. 1. l. 3. C. de Magistrat. conven.* sic in delicta maleficorum iuxta severitatem esse inquirendum; eaque condignis poenis coercenda, est finis, quem Lex divina Naturalis praescribit: Modi autem speciales, quibus in inquirendo procedere oporteat, ne forte innocentes supplicio subjiciantur, ut & gradus & species poenarum, cum Jure divino naturali praeccepti sint nulli, si sane Prudentiae legislatoriae Principis, in Republica pro utilitatis ratione determinandi relicti sunt, qui adeo Lege Civili decidit, quomodo Processus criminalis instituendus, an per modum accusationis, an per modum inquisitionis; quibus actibus Inquisitio absolvi debeat, quænam poena cuivis delicto statuenda, &c. *de quibus videri possunt ea, quæ Carolus V. Imperator in Constitutione Criminali disposuit.*

§. 23. Illud in genere certum est, *modos illos, quibus legislator Civilis leges Naturales in Republica determinat, duplices esse, restrictivos nempe & extensivos. Restrictivos voco eos, quibus Princeps leges Naturales generaliores, ex regulis Prudentia Civiles, ad specialiores saltem casus & circumstantias restringit, sicut v. g. conjugium in nostris Rebuspublicis indistincte ad perpetuum vitæ consortium & ad monogamiam restrictum est, §. 1. Inst. de P. P. l. 18. C. ad L. Jul. de adult. Constit. Crim. Caroli V. art. 121.* sic cum adulterium Jure naturali sit quævis fidei conjugalis violatio, Jus Civile hoc delictum ad solam personam uxoris restrinxit, ita ut adulterium tunc solum committeretur, si uxor concumberet cum alio, non si maritus cum alia soluta concumberet: Unde maritus quidem uxorem accusare adulterii poterat, non vero uxor maritum *l. 1. C. ad L. Jul. de adult.* Cujus rei ratio erat, quod adulterium de Jure Civili dicebatur violatio thori alieni, uxor vero jus thori non habebat, sed solus maritus, & adeo saltem in uxore committi adulterium poterat, propter partum ex altero conceptum, *l. 6. §. 1. D. ad L. Jul. de adult.*

§. 24. Contra *modi Extensivi sunt, quibus Princeps leges Naturales specialiores, ad certos solum casus naturali ratione restrictas, ad omnes ejusdem generis casus extendit; sicut v. g. SCtum Vellejanum in genere omnibus foeminis pro alio intercedentibus sub-*

F

venit,

venit, propter sexus imbecillitatem, *l. 2. §. 2. D. ad SCtum Vellej.* licet ratio & experientia doceat, celebratam illam imbecillitatem neutiquam omnes foeminas attingere, & adeo naturali ratione hæc lex ad illum universalitatis gradum haud assurgat, ad quem SCtum ea n ideo extendit, quia determinari facile nequit, quænam foeminæ a communi, quæ creditur, imbecillitatis nota eximendæ sint; quandoquidem uti alias, ita & heic, leges Civiles in rigore universalitatis suæ id præcipue sequuntur, quod plerumque accidit, *l. 10. D. de Legib.* sic jus Cambii adversus debitores sine distinctione valde rigorosum est, ubi tamen creditor non semper jure suo contra debitorem uti debet, *c. g.* si citra culpam ipsius accidit, quod non sit solvendo, hoc enim intuitu summum jus, summa sæpe est injuria. Huc facit locus Senecæ *Lib. 7. Cap. 16. de Beneficiis*: *Quid tu tam imprudentes judicas majores nostros fuisse, ut non intelligerent, iniquissimum esse, eodem loco haberi eum, qui pecuniam quam a creditore acceperat, libidine aut alea absumpsit, & eum qui incendio, aut aliquo casu tristiore, aliena cum suis perdidit? Nullam excusationem receperunt, ut homines scirent, fidem utique præstandam. Sarius enim erat a paucis etiam justam excusationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari.* Sic dubium non est, multos contractus recte initos ita comparatos esse, ut alterutri inique nocent, quos adco Juris Naturalis æquitas rescindere jubet: At cum hoc nunquam fere ad liquidum deduci satis possit, recte Jure Civili generaliter statutum est, omnem contractum recte initum, quantumvis alteri noceat esse adimplendum, dumne læsio assurgat ultra dimidium, *l. 8. C. de rescind. Vendit.*

§. 25. Hæc sunt primariæ differentiarum Juris Naturalis & Civilis classes: Ex quibus singulis Corollarii loco facile colligere rationem possumus, quare, cum Jus Naturale unum sit, diffusum in omnes, constans, sempiternum, divina quadam providentia constitutum, firmum, immutabile, nec erit aliud nunc, aliud posthac, sed & omnes gentes & omni tempore, unum hoc jus & sempiternum & immortale, continebit, Jura contra Civilia diversarum Civitatum diversissima sint, crebrisque insuper mutationibus obnoxia, §. 11. *Inst. de J. N. G. & C.* Quicquid enim legislator Civilis Juri divino addit vel detrahit, id omne
Pru-

Prudentia Civili duce in Reipublicæ utilitatem facit : Jam vero diversarum Rerumpublicarum utilitas pro diversitate status ipsarum variat ; Ergo necessario & variare debent leges Civiles, cum ratio status & utilitatis unius Reipublicæ subinde alios modos aliaque media efflagitat, quam alterius.

§. 26. Sic a ratione Status Romanorum liberi & democratici, non adeo absolum erat, cuilibet civi competere jus, privata auctoritate alterum in jus vocandi, nolentem vero obtorto etiam collo rapiendi dumne securitas publica *l. 3. l. 21. D. de injus voc.* & reverentia certis personis debita *l. 2. l. 4. §. 1. D. Eod.* turbaretur. Id quod statui nostrarum Rerumpublicarum Monarchico, Aristocratico &c. haud conveniens judicarunt legislatores nostri. Idem sentiendum de jure vitæ & necis, in democratia Romana cuius patrifamilias in liberos & servos competente §. 1. *Inst. de his qui sui vel alien. quæ jurisdictionis species deinde in Statu Imperatorio civibus denegata est. §. 2. Inst. Eod.* sic in prisca Romanorum gente adulterium pœna capitali haud coerceretur, *arg. l. 18. D. de testib. l. 29. §. 1. D. Ad L. Jul. de adulter. l. 1. §. 2. D. de concub. l. 5. D. de quest. l. 4. §. 7. D. de re militari,* & pœna gladii demum a Constantino introducta est in *l. 30. §. 1. C. ad L. Jul. de adulter.* Imo turpissimum sodomix crimen prisca Romanorum temporibus, si esset contra naturam generis, nulla definita pœna coerceretur ; sin esset contra naturam sexus, saltem capitaliter non puniebatur, sed stupro accensebatur, *l. 34. §. 1. D. ad L. Jul. de adult.* neque tamen ex malitia agentis, quam ex injuria patientis æstimabatur, id quod in omnibus impudicitix criminibus, tunc temporis obtinebat, uti patet, ex *l. 25. l. 29. C. ad L. Jul. de adulter.* Cujus rei ratio hæc erat, quod prisca Romanorum gens libidinibus parum fuit dedita, id quod exinde videre licet, quod præmiis non contemnendis quale erat excusatio & vacatio à muneribus onerosis publicis, ad conjugium ineundum & ad liberos procreandos alligi debuerunt, ceu patet ex *pr. Inst. de Excusat. tutor. l. 2. §. 2. sqq. D. de vacat & excusat. mun.* Unde illorum temporum ratio graviolem delictorum, in quæ parum proni erant cives, coercionem haud postulavit. Ast postea crescentibus indies tempore primorum Imperatorum voluptatibus & libidinibus, severi-

orem utique vindictam mutata temporum morumque ratio exigebat, quandoquidem postea gladio ultore & adulterii & sodomix flagitium coëcere consultum judicatum est, §. 4. *Inst. de Publ. judic. l. 30. §. 1. l. 31. C. ad L. Jul. de adulter. Conf. Constitut. Criminal. Caroli v. art. 116. 120.*

§. 27. *Denique ex his ipsis, quæ hoc Capite tradidi, principiis genuina Juris Civilis & Ecclesiastici differentia claret.* Jus enim divinum, quod per hæcenus dicta legislator Civilis varie modificat & determinat, vel respicit Cultum Divinum, vel jura & obligationes Civium erga Cives. Ad utrumque Prudentia Civilis in utilitatem publicam modis suis & determinationibus specialioribus se applicat. Jus itaque Ecclesiasticum continet determinationes & modos, quæ Cultum Divinum ad normam voluntatis Imperantis in Republica exercere debemus. Jus autem Civile continet determinationes & modos jurium & obligationum civium erga cives. Determinationes & modi Juris Ecclesiastici in Ecclesiis Protestantium recte vocantur *Adiaphora*, ut distinguantur ab obligationibus absolutis & ab initio talibus, quæ ex Jure divino resultant, cum contra ad illa dicta *Adiaphora* non nisi ex voluntate Imperantis obligemur. Proprie omnes modi Jure humano introducti, etiam ii, quos introduxit Jus Civile, vere *Adiaphora* sunt, licet usus illud vocabulum ad modos saltem Jure Ecclesiastico introductos restrinxerit. Unde simul patet, quomodo Jus Ecclesiasticum differat à Theologia tum Naturali tum Revelata, eodem nempe modo, quo Jus Civile differt à Jure Naturali.

Caput Quartum.

De Usu Practico accuratæ cognitionis de Juris Naturalis & Civilis Differentiis.

§. 1. **S**unt qui rident omnes doctrinas Juris, quæ usu destituuntur practico. Ferendi sane hi essent si recte Usus pra-

practici ideam supponerent: licet negari non possit, uti in omnibus eruditionis partibus, ita & in studio Juris curiositati aliquid dandum esse. Vulgaris Causidicorum turba, quæ omnium maxime usum practicum jactat, præter stylum curiæ & regulas Processus forensis, per usum practicum intelligit Conclusiones Juris ultimas, quæ immediate ad causas forentes ventilandas vel decidendas faciunt; quibus adeo folis, fame vel avaritia allecti, vehementer inhiant, usque Principia Juris, ex quibus dictæ Conclusiones fluunt, sub mære Theoriæ elogio e diametro opposita esse somniant. Cumque adeo in his (Principiis nempe Juris,) nil quicquam inveniant, quod sit immediate de pane lucrando, Theoriam Juris, hoc est, Principia, ex quibus omnes Conclusiones immediate practicæ rite intelligi debebant, tanquam rem utu practico destitutam flocci pendunt, cum usus practicus ipsis in marsupio, & Studii Juridici symbolum hoc maxime sit:

*O civis civis, querenda pecunia primum,
Virtus post nummos.*

Sed mitto hos homines, putantes se Jcti nomen mereri, quando causas in foro taliter qualiter ventilare, & lites in longum tempus, an dicam in infinitum, protrahere valeant, ita ut vitæ hominum modum excedant. Sciant interim longe aliud requiri, sit non mihi, sed Ulpiano fides, *Jus, inquit, est ars boni & aequi. Cujus merito quis nos Sacerdotes appellet. Justitiam namque colimus, & boni & aequi notitiam profiteamur: æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, --- veram (ni fallor) philosophiam, non simulatam affectantes. l. 1. pr. §. 1. D. de Inst. & Jure.*

§. 2. Enim vero considerandum est, doctrinas Juridicas, usum suum practicum duplici ratione exserere, nempe vel immediate vel mediate. Hebetioris aciei manifestum indicium est, usum practicum non nisi earum doctrinarum pervidere, quam quibus immediate in foro utimur, Conclusionum puta. Sane principia Juris, quantumvis prima & remota, licet in foro haud recitentur, in ejus tamen usum efficacissime influunt, quandoquidem ex captu Principiorum Juris recta hujus applicatio omnium maxime pendet, ita, ut ex Principiis & rationibus legum dijudicari debeat, ubi quælibet lex ex mente legislatoris locum sortiatur,

ubi minus. *Scire leges non hoc est*, ait JCtus, *verba earum tenere, sed vim & potestatem*, l. 7. D. de Legib. Vim autem ac potestatem legum ex earum demum Principiis addiscimus: Ergo qui nescit legum principia, ille nescit legum vim ac potestatem: Qui hanc nescit, nescit verum & genuinum earum usum practicum.

§. 3. Ex his patet primus, isque generalissimus usus practicus eorum, quæ hætenus de differentiis Juris Naturalis & Civilis disserui. Hæc enim ad prima Jurium principia accuratius dignoscenda pertinent, eo quod Jus Civile duplici fundamento, Juris nempe Naturalis & Prudentiæ Civilis nititur, & adeo æque utile ac necessarium est, leges Civiles tanquam Conclusiones, ab ipsis Juris Naturalis præceptis & Civilis Prudentiæ suasionibus, tanquam a suis Principiis, accurate distinguere. Itaque cum Juris Naturalis & Civilis Prudentiæ dictamina veras legum Civilium rationes seu principia suppeditent, legum autem rationes ad earundem interpretationem, & inde ad rectam earum applicationem necessario requirantur; sequitur, ea quæ de Juris Naturalis & Civilis Differentiis tradidi, usum utique practicum habere non contemnendum, licet hic mediate demum & per consequentias sese exserat; quas consequentias cum multi haud videant, usum practicum hujusmodi doctrinis imperite denegant.

§. 4. Deinde nec deest hisce doctrinis usus practicus specialior, tum quoad jus Publicum universale seu Gentium, tum quoad Jus Privatum. Primum quod attinet, utilissimum est, leges Juris Naturalis & Civilis rite discernere, quoniam Gentes seu Respublicæ legibus Civilibus, quibus quippe non nisi subditos externe obligat Imperans, haud constringuntur, atque adeo justitia circa controversias gentium leges quidem naturales, utpote divinas, non vero leges civiles sequitur: Gentes enim in Statu Naturali vivere certissimum est, unde vix quicquam magis infulsus esse potest, quam Juri Publico immiscere leges Civiles seu privatas; Id quod facere assolent, qui Leges Naturales & Civiles non satis distinguunt, sed confuse miscent.

§. 5. Nec porro circa Jus Privatum doctrinæ hætenus traditæ suo destituuntur usu, primo respectu legislatorum: cum supra

pra allatæ differentiarum classes totidem sint mediorem species quibus Prudentia legislativa uti debet aut potest, pro ratione utilitatis reipublicæ Jura Naturalia adjuvandi, corroborandi, extendendi, restringendi &c. Cui accedit utilitas practica, quæ in doctrinam de dispensationibus ex accurate cognita Juris Naturalis & Civilis differentia redundat, cum circa leges divinas Naturales dispensare Princeps non possit, at utique circa leges Civiles, pariter Jus Civile pro diversis utilitatis publicæ vicissitudinibus mutari a Principe potest, non item jus Naturale, §. 11. *Inst. de J. N. G. & C.*

§. 6. Uterius & ipsa Juris Privati inter subditos praxis cognitionem differentiarum Juris Naturalis & Civilis requirit; sive respicias iudices, qui sæpe neglecto nimio Juris Civilis rigore, quatenus is in nimis indeterminata legum universalitate consistit, vide l. 4. l. 5. l. 6. *D. de Legib.* æquitatem Jure naturali subnixam sequi debent l. 8. *C. de Judic.* sive Advocatos, qui ejus rei admodum iudicem utiliter possunt. Ut taceam Statum hominum Naturalem introducto Statu Civili non usque adeo inter ipsos subditos exolevisse, ut non hodiernum ejus haud pauca supersint rudera. Non enim omnibus Juris Naturalis præceptis Jus Civile vi sua externa, ampliationibus restrictionibusque suis accessit, sed permulta subditorum reliquit humanitati & pudori, veluti officium continentiae, humanitatis, grati animi, misericordiae, beneficentiae &c. quarum adeo actionum intuitu vere hodiernum homines in Statu vivunt naturali, & dictorum jurium denegationem, actibus jure Civili pariter non prohibitis, privata vindicta coercere possunt, (*vid. cap. 1. sect. 3. §. 13.*) Ubi adeo tacente Jure Civili solam Juris Naturalis æquitatem sequi convenit. Postremo vel ex hac sola ratione utilissimum est, Juris Naturalis & Civilis probe perpendere discrimen, ut justitiam internam animi à Justitia externa & mere forensi distinguere in praxi vitæ valeas: Illam enim Jus Naturale, hanc Jus Civile moderatur.

F I N I S.

AN-

A N N E X A.

- I. *Soli Eruditi recte possunt cognoscere obligationes.*
- II. *Jus & Obligatio sunt relata.*
- III. *Falsum est, volenti non fieri injuriam.*
- IV. *Secundum conscientiam agere, proprium est veri eruditi & in moralibus versati viri.*
- V. *Si omni adhibita & diligentia, & bono animo, aliquis cognitione veri labatur, id imputari ei haud potest.*
- VI. *Si Indocti, ab Eruditorum falsis doctrinis seducti peccent, illorum peccata his imputari possunt.*
- VII. *Error in rebus altioris indaginis imputatur solis Eruditis; Indoctis vero tunc imputatur, si nesciant pronunciata Eruditorum in rebus ad officium eorum pertinentibus.*
- VIII. *Magistratus homines regit potestate & coactione, docti & sapientes sola doctrina.*
- IX. *Ubi nulla est obligatio, ibi nec culpa nec laus.*
- X. *Nulla dantur beneficia, officiis opposita.*
- XI. *Non licet occidere ob defensionem bonorum.*
- XII. *Actio Pauliana non est in rem, sed in personam.*
- XIII. *Vestimentorum verus est, non quasi ususfructus.*
- XIV. *Fidejussor in majorem summam quam reus principalis debebat adhibitus, ne quidem tenetur in concurrentem.*

F I N I S.

Österreichische Nationalbibliothek



Digitized by Google

Österreichische Nationalbibliothek



Digitized by Google

Österreichische Nationalbibliothek



Digitized by Google

